

Bernardus Marango, *Annales Pisani*

Edizione: *Gli Annales Pisani di Bernardo Marangone*, a cura di M. L. Gentile, *Rerum Italicarum Scriptores*, VI/II.

p.3

Ab Adam usque ad Noe fuerunt anni MMCCXLII, generationes X.
A Noe usque ad Abraam fuerunt anni MDCCCIII, generationes X.
Ab Abraam usque ad David rex fuerunt anni MXXIIII, generationes XIII.
A David rex usque ad transmigrationem Babillonis fuerunt anni DC. novem, generationes
5 XIII.
A transmigratione Babillonis usque ad adventum Domini fuerunt anni D. octo.
Ab Adam usque ad Xristum fuerunt anni M.M.M.M.M.LXXX.VI.
Anno CCC ab urbe condita, Roma imperium consulare cessavit, et pro duobus consulibus
10 X facti sunt, qui summam potestatem haberent. Eodem tempore Magnus Alexander
natus est. Interea Gaio, Aquilio, Floro, Lucio, Scipione consulibus, Scipio consul Corsicam
et Sardineam vastavit, et multa milia inde captivorum abduxit: triumphum egit.
Anno DCC ab urbe condita, eo tempore Rome puer ex ancilla natus quadrupes, quadris
manibus, oculis quattuor, auribus totidem, naturam virilem duplicem habens; et in bononiensi
agro fruges in arboribus nate sunt.
15 A Nativitate Xristi usque ad Dei venerabilem cultorem, magnumque imperatorem Constantinum,
fuerunt anni CCLXXXXVII.

- DCLXXXVIII. Anno Dominice Incarnationis DCLXXXVIII Pipinus senior regnare
cepit.
DCCXLI. Carulus filius Pipini regnare cepit.
20 DCCLI. Carulo defuncto, Carulus et Pipinus regere ceperunt insimul.
Carulus Magnus Romam perrexit.

p.4

- DCCLXVIII. Pipinus rex defunctus est.
DCCLXXI. Carulus Magnus defunctus est.
DCCCX. Pipinus rex Italie defunctus est.
5 DCCCXIII, V Kal. Febr., Carulus imperator defunctus est. Lodovicus filius regnare
cepit.
DCCCLXXX. Greci de Benevento per Francos exierunt.
DCCCCXVII. Exierunt Saracini de Garelano.
DCCCLXXI. Exierunt Agareni de Bari per Francos, III Nonas Febr.
DCCCCXXII. Intraverunt *Ungari* in Italiam mense Febr.
10 DCCCCXXXVI. Depredata est Apulia a gente Grecorum, V Kal. Martii.
DCCCCXXXVII. Intraverunt *Ungari* in Capoam.
DCCCCLXXI. Fuerunt Pisani in Calabria.
A.D. MIII. Pisani fecerunt bellum cum Lucensibus, et vicerunt illos in Aqualonga.
MV. Fuit capta Pisa a Saracenis.
15 MVI. Fecerunt Pisani bellum cum Saracenis ad Regium et gratia Dei vicerunt illos
in die Sancti Sixti.
MXII. Stolus de Ispania venit Pisas, et destruxit eam.
MXVI. Fecerunt Pisani et Ianuenses bellum cum Mugieto in Sardineam, et gratia

- Dei vicerunt illum.
20 MXVII. Fuit Mugietus reversus in Sardineam et cepit civitatem edificare ibi, atque homines Sardos vivos in cruce murare. Et tunc Pisani et Ianuenses illuc venere, et ille propter pavorem eorum fugit in Africam, Pisani vero et Ianuenses reversi sunt Turrim, in

p.5

- quo insurrexerunt Ianuenses in Pisanos, et Pisani vicerunt illos et eiecerunt eos de Sardinea.
MXXII. Obsedit Henricus imperator Troiam.
MXXIII. Henricus imperator obiit.
MXXX. In Nativitate Domini Pisa exusta est.
5 MXXXV. Pisani fecerunt stolum in Africam ad civitatem Bonam, gratia Dei vicerunt illos.
MLIII. Bonifatius Marchio obiit pridie Nonas Madii.
A.D. MLV. Fuit bellum inter Pisanos et Lucenses ad Vaccule. Pisani vero gratia Dei vicerunt illos.
10 MLXIII. Pisani fuerunt Panormiam; gratia Dei vicerunt illos in die Sancti Agapiti.
Constructa est Ecclesia beate Marie Virginis Pisane Civitatis.
Anno quo Xristus de Virgine natus ab illo
Transierant mille, decies sex, tresque subinde,
Pisani cives, celebri virtute potentes,
15 Ecclesie matris primordia dantur inisse.
Anno quo Siculas *est* stolus factus ad oras,
Quod simul armati multa cum classe provecti,
Omnes maiores, medii, pariterque minores
Intendere viam primam sub sorte Panormam,

- 20 Intrantes rupta portum pugnando catena,
Sex capiunt magnas naves, opibusque repletas,
Unam vendentes, reliquas prius igne cremantes,
Quo pretio muros constat hos esse levatos.
Post hinc digressi; parum terraque potiti,
25 Qua fluvii cursum mare sentit solis ad ortum,

p.6

- Mox equitum turba, peditum comitante caterva,
Armis accingunt sese classemque relinquunt,
Invadunt hostes contra sine mora furentes.
Sed prior incursus mutans discrimina casus,
5 Istos victores, illos dedit esse fugaces.
Quos cives isti ferientes vulnere tristi,
Plurima pre portis straverunt milia morti;
Conversique cito tentoria litore figunt,
Ignibus et ferro vastantes omnia circum.
10 Victores victis sic, facta cede, relictis,
Incolumes multo Pisas rediere triumpho.
MLXVI. Venerunt Ianuenses cum stolo ad fauces Arni.
Iverunt Pisani ad Portum Delfini, et fuerunt in gravi periculo, iudicio
Dei, non hominis.
15 MLXXVII. Guido, Pisanus episcopus, Papiensis genere, obiit VI Idus Aprelis. Eodem
anno comitissa Beatrix IIII Kal. Madii obiit.
Anno Domini MLXXVIII. Ianuensis stolus usque ad fauces Arni occulte

- devenit. Tunc strenui Pisani concite in eos surrexerunt et fugaverunt illos usque ad Venerem Portum. Hoc factum est in die Sancti Cassiani.
- 20 MLXXVIII. Ianuensis populus per latrocinium ad Vadense castum devenit, et tunc Pisani ad Rapallum viriliter perrexerunt et castrum igni succenderunt, et plurimos eorum gladio interfecerunt; viros ac mulieres, manibus post tergum ligatis, captivos tripudianter perduxerunt. Tunc Pisani hoc triumpho revertentibus Ianuensibus obviati sunt, et pene et usque domos eorum fortiter illos infugaverunt. Hoc fuit tertio idus Madii.
- 25 MLXXXVI. Gerardus, genere Pisanus, eiusdem Ecclesie episcopus, VIII Idus Madii obiit; et eodem anno valida fames, maxima mortalitas fuit fere per totam Italiam. Vendebatur enim sextarium tritici solidos VII.
- A.D. MLXXXVIII. Fecerunt Pisani et Ianuenses stolum in Africa, et ceperunt duas munitissimas civitates, Almadiam et Sibiliam, in die Sancti Sixti. In quo bello Ugo vicecomes,

p.7

- filius Ugonis vicecomitis, mortuus fuit. Ex quibus civitatibus, Saracenis fere omnibus interfectis, maximam predam auri, argenti, palliorum et eramentorum abstraxerunt. De qua preda tesauros Pisane Ecclesie in diversis ornamentiis mirabiliter amplificaverunt, et ecclesiam beati Sixti in curte Veteri edificaverunt.
- 5 A.D. MXCVIII. Populus Pisanus, iussu domini Pape Urbani II, in navibus CXX ad liberandam Ierusalem de manibus paganorum profectus est. Quorum rector et ductor Daibertus Pisane urbi archiepiscopus extitit, qui postea Ierosolima factus Patriarcha remansit. Proficiscendo vero Lucatam et Cefaloniam, urbes fortissimas, expugnantes expolieverunt, quondam Ierosolimitanum iter impedire consueverunt. In eodem autem itinere Pisanus populus Maidam, urbem fortissimam, cepit, et Laudociam cum Boemundo et Gibellum cum ipso et Raimundo comite Sancti Egidi obsedit. Inde igitur digressi, venerunt Ierosolimam,

quo anno concremata est pene tota Kintica, quo anno
MC. Ierusalem a Xristianis capta est XVIII kal. Augusti.
MCI. Tota Kintica exusta est, de quo igne, flante *vento*, pene tota Foreporta concremata
15 est, III nones Iulii.

p.8

A.D. MCV. Incepit est lis inter Pisanos et Lucenses.
MCVII. Rex Enrigus IIII cum ingenti exercitu venit *in* Italiam et Pisa, et fecit pacem
inter Pisanos et Lucenses. In eadem guerra vicerunt Pisani Lucenses tribus vicibus in campo,
et castellum Ripafractam recuperaverunt, et ripam, unde lis fuit, retinuerunt.
5 MCXVI. Comitissa Matilda obiit.
A.D. MCXIII. Pisanus populus, iussu Domini pape Pascali II, perrexit Maioricam
cum trecentis navibus, in die Sancti Sixti exivit de fauce Arni. Qui inde egressi et per
multa loca diu morati, tandem in portu Salon devenerunt. Qui ire Maioricam volentes,
Barchinonam ingressi sunt, et ibi multarum navium sunt perpessi naufragium. Quo facto,
10 Pisani inierunt consilium, ut alii ob preparanda necessaria Pisam redirent, alii vero ibi remanerent
et naves reficerent. Factum est autem, ut in natalitio Sancti Iohannis, et qui ierant
et qui remanserant omnes convenient et contra Maioricam iter optatum, aura prospera
flante, agrederentur. Sed, divina disponente gratia, prius ad insulam Evisam aplicuerunt, et ibi urbem
cum inmani Saracenorum interfectione in festo Sancti Laurentii ceperunt, et hoc
15 in eodem anno. Post hec, in festivitate Sancti Bartholomei apostoli, ad insulam Maioricam
aplicuerunt, quem per sex menses cum mangulis et gattis et castellis ligneis obsidentes,
eam cum triumpho magno tandem ceperunt, et multitudinem auri et argenti, et vestium
inde adduxerunt cum multis Saracenis.
A.D. MCXVIII. Incepit est bellum inter Pisanos et Ianuenses.

p.9

- MCXX. In festivitate Sancti Sixti Pisani in Portu Veneris vicerunt Ianuenses.
MCXXII. Ianuenses venerunt ad fauces Arni cum galeis XXII; Pisani, stantes ad consecrationem
altaris Sancte Marie, iverunt contra illos, et pugnando eos vicerunt, et sex
galeas ceperunt, et alias fugaverunt, et cum magno triumpho Pisani redierunt.
5 A.D. ab Inc. eius MCXXXIII, VI Nonas Iulii, pax inter Pisanos et regem de Morroch
et regem de Tremisiana, et Gaidum Maimonem in decem annos firmata est, duabus illorum
galeis Pisis venientibus.
A.D. MCXXXIII, in mense Septembri, incepit est lis a Pisanis cum rege qui dicitur
Rogerius.
10 A.D. MCXXXVI, tertio kal. Iunii, celebratum et inceptum est concilium domino et
summo pontifice Innocentio Papa presidente, cum multitudine patriarcharum, archiepiscoporum,
episcoporum, abbatum et sacerdotum, clericorum, et finitum est octavo Idus Iunii; et
investitus est marchio Ingilbertus de marchia Tuscie in predicto concilio.
A.D. MCXXXVI. Pridie nonas Augusti fuerunt Pisani cum XLVI galeis super Malfim,

p.10

- et ipsa die capta est, et cum septem galeis et duabus navibus et cum aliis multis navibus,
combusta est, et prorsus expoliata est. Eadem vero die Trani capta est. Secunda quidem
die, Nonas Augusti, Pugerule castrum, Rivello, Scala et Scalella Maiori et Minori, divina
favente clementia, civitates in montibus posite, capte sunt. Tertia vero die, septimo Idus
5 Augusti, Pisanorum pars obsedebat Fractas, castrum Rivelli cum edificiis, gattis. Rogerius,
Sicilie rex, cum septem milia militum et sexaginta galeis et gattis et navibus cum multitudine

peditum Salerni permanentes, civitates captas succurrere non audente. Interea hec
regis expeditio montes ascendens, Pisanos castrum obsidentes devicit, et in fugam usque ad
mare convertit, et ex eis quingentos nonaginta sex retinuit, in festivitate videlicet Sancti
10 Sixti. Post hec Pisani bellum prestolati sunt per dies XX et tres, in quibus Isclam Maiorem
regis Insulam devastaverunt. Sic Pisas reversi sunt sexto Idus Sept.
A.D. MCXXXVII. Grecum imperatoris Constantinopolis nuntii, qui Pisis miserunt CC
de palatio paliis et unum auro textum mirabile, qui altari dedicavit duo auri et argenti
turibula pretiosissima, Soffredi filio nocte ab ecclesia Sancte Marie cum sagittariis furtim
15 abstulerit, quem ad Vurnum in Garfagnana transportavit, quartodecimo kal. Decembris. Pisani
eum cum honore recuperant; de quibus Lucenses cum omnibus eorum amicis valde
contristati sunt.

p.11

A.D. MCXXXVII. Lucenses exercitum magnum super Ingilbertum, Tuscie marchionem,
apud Ficiechium duxerunt. Marchio Ingilbertus cum ingenti militum et peditum multitudine
bellum in canpum cum eis iniit et devictus est; unde Pisas venit, et ut eum auxiliarentur,
lacrimas multas effudit. Die vero tertia post bellum amissum Pisani cum sue terre
5 magna multitudine eos ab obsedio expulerunt, de quo dolore commoti sunt Lucenses.
A.D. MCXXXVIII. Fecerunt Pisani exercitum supra Rogerium regem Sicilie. In
primis Isclam Maiorem tributariam ficerunt, similiter Sorrentum. Post hec tertio Idus Iulii,
die Sancte Margarite aplicuerunt Maiori, in qua multitudo erat magna populorum cum manganis
et pedrieris et Dei voluntate victi sunt. Eadem die Rivellum, civitatem in monte positam,
10 vicerunt, et eam per triduum devastaverunt, et eam igne succenderunt, et mascolos et
feminas ad mare duxerunt. In his tribus diebus Malfi, Trani, civitates Scale, Scalelle et
Fracte, Roche et Pugerule et totum ducatum Malfitanorum sub tributo posuerunt. Inde moventes

nono kal. Augusti, vigilia Sancti Iacobi Apostoli, aplicuerunt Salerni, in qua multitudo
erat militum et peditum XL galearum. Civitas vero munita erat manganis, et omnium armorum
apparatu et ipsa die bellum magnum fecerunt; tandem eos intus civitatem incluserunt.
Que per quindecim dies fortiter obsessa, cum manganis et castellis et gattis, tandem reddidit
se imperatori Lotario et Pisanis. Postea idem rex contristatus est cum Pisanis; qui
Pisani miserunt unam galeam cum sapientibus et hoc fecerunt cum consilio sapientum regis
Sicilie qui erant in Turri Maiore, et sic fecerunt pacem cum eo, et postea Pisas reversi sunt
XIII kal. octubris.
A.D. MCXLIII. Incepta est guerra inter Pisanos et Lucenses. Nam Pisani propter
iniuriam de Castro Aghinolfi et de strata Francorum et Arni eis illatam, castellum de
Vurno a filio Soffredi adquisierunt. Unde Lucani in maximam tristitiam sunt excitati.

p.12

A.D. MCXLV, IX kal. Madii, Lucenses exercitum magnum militum, peditum, sagittariorum
et Pistoriensium paraverunt ad castrum expugnandum. Pisani vero imparati, et modo
quodam increduli, Morilionem eis obviam occurrerunt. Ad hec Lucani eos videntes, in
Pisanos inpetum magnum fecerunt, et viriliter eos de monte expulerunt, et in fugam eos
usque ad Calcim converterunt, VIII kal. Iulii. Pisani itaque dolore commoti, inconsulte Massam
ingressi sunt, et eam igne fere cremaverunt. Lucani vero hec audientes, ad pugnam
venerunt, et eos iterum in reversione vicerunt.
A.D. MCXLV, XVII kal. Novembris, Lucenses in magna letitia excitati, et de victoria
magna confisi, exercitum magnum ad Pisanorum terram devastandam paraverunt. Pisani
vero, gratia Dei, ingressi terre eorum in valle Cascina, ultra Morronam pugnando viriliter
eos vicerunt, et ex eis quamplures duxerunt.
A.D. MCXLVIII. In mense Martio, Lucenses castellum de insula Paludis munierunt,

et CCC pugnatores ibi miserunt pro timore Pisanorum, quod castellum iam ante expugnaverant et vincere non potuerant. Postea Pisani per bandimentum palam cum plus quam L navibus
15 plattis et scafis, cum XII manganis in plattis positis, cum multitudine peditum et sagittariorum, ad castrum suprascriptum iverunt, et per XV dies pugnando vicerunt, in die dominico de palma, id est VIII kal. Aprelis, et plus quam CCC cives Lucenses inde captos, Pisas duxerunt in Lune die Sancto, cum multis spoliis castri, cum magno triumpho et honore; et
20 Lucenses tristi effecti sunt. Post aliquot menses, pro suprascriptis captis Lucensibus ex castro, reddiderunt nobis Lucenses omnes cives nostros quos habebant in custodia.
A.D. MCXLVIII. Venerunt Lucenses ad castrum scilicet Vurnum, cum manganis et gattis et cum exercitu magno militum et peditum et sagittariorum, videlicet cum Pistoriensibus et Pratensisibus, et obsederunt castrum in mense Augusti atque Septembris per XXIIII
25 dies. Pisani vero castrum bene munitum habebant de omnibus que ibi opus erant, et nullo modo obsidionem timebant. Interea Pisani fecerunt exercitum magnum militum et peditum et sagittariorum, et castrum de Monte de Castello totum devastaverunt, et pugnando Pisanis

p.13

se reddiderunt. Similiter, castrum Sancti Cervasii et omnia castella de Valle Here Pisanis se tradiderunt. Post hec, in festivitate Sancti Mathei, castrum de Pianusule pugnando fortiter ceperunt et illud penitus usque ad fundamenta destruxerunt, et spolia illorum omnia cum hominibus Pisis reduxerunt, et sic Lucenses magno dolore Lucam reversi sunt.
5 A.D. MCL. Octava Sancti Petri venerunt Lucenses obsidere castrum Vurnum cum exercitu magno militum et peditum et sagittariorum, videlicet Florentinorum, Pistoriensium, et cum tota Valle Debula, et edificaverunt ibi castella tria, scilicet Aspra de Porro et Saxo Grumuli et Collemaioli, quod ante edificatum fuerat; et ibi steterunt per octo menses in obsidione. Interea fecerunt Pisani exercitum magnum militum et peditum et sagittariorum,

10 cum comite Guidone, et magnam partem Lucensium devastaverunt. Interim cum maiori
parte exercitus ad castrum Sancte Marie de Monte venerunt et, pugnando fortiter, undique
burgos concremaverunt et totum in circuitu devastaverunt. Interea capitanei de Garfagnana
fecerunt et ordinaverunt consilium cum Lucensibus et cum nepotibus Soffredi ut venderent
castrum de Vurno; et ita fecerunt et vendiderunt quinque milia librarum Lucentium monete,
15 unde habuerunt in presenti libras MCC, et obsides XXVIII; et sic Lucenses castrum de Vurno
a nepotibus Soffredi habuerunt cum magnis securitatibus. Lucenses vero, pro magno dolore
et angustia et labore, et pro maximo danno de personis et pecunia, castrum de Vurno usque
ad fundamenta destruxerunt et non remansit lapidem supra lapidem.
A.D. MCLI. In mense Februarii dies VIII. Nos quidem senatores numero L gratia
20 Dei a domino Eugenio papa Pisano, totaque veneranda et apostolica curia, atque magnifico
et reverendo populo Romano, damus et firmamus pace perpetua cum populo Pisano, et omnes
ordines et supra posita ripa disponimus. Similiter populo Pisano damus pace perpetua a
populo Romano, et omnes ordines et supra posita ripe disponimus. Hoc factum ordinamentum
completum fuit sub legatione Bernardi Maragonis et Rainieri de Parlascio. Data
25 anno VII domini Eugeni papa III, indictione XIII, mensis Martii dies XII, in Capitolio, in
consistorio novo palatii in renovationis vero seu restorationis sacri senatus anno VII. Cum
Trasteberini fecimus pacem a termine in XX anni, eadem similiter.

p.14

A.D. MCLIII, XVIII kal. Septembris, inditione XV, fundatus est primus girus ecclesie
Sancti Iohannis Baptiste.
[MCLIV]. In sequenti anno MCLIV, pridie kal. Septembris, inditione prima, fundatus est
secundus girus eiusdem ecclesie, cuius quidem operis Conetus Conetti et Henricus Cancellarius
5 operarii fuerunt.

A.D. MCLIX, inditione VII, Conetus quondam Conetti operarius in mense Julio et
Augusto, cum nave sancti Iohannis tres columnas magnas lapideas de Ilba usque ad ecclesiam
Sancti Iohannis trasportavit.
A.D. MCLXII, inditione VIII, pridie Idus Madii, Conetus quondam Conetti, operarius
Sancti Iohannis, ivit in Sardineam ad portum Sancte Reparate, et transportavit inde duas
columnas lapideas magnas; qui fortune venti et maris ad Portum Veneris ivit, et sic VII Idus
Iulii Pisas cum magno triumpho reversus est.
A.D. MCLXII. Numquam enim visum fuit maius incendium Pisis neque Kintice, quam
istud fuit. Maior siquidem pars Kintice combusta est in nocte XII kal. Novembris. In eodem
toto anno caritas magna fuit grani et vini et olei et omnium leguminum. Vendebatur enim
sextarium grani denari LXXXIII, barile de vino den. XLVIII, libra olei denari XXIII, fabe
den. LXVI, milio den. LXXII, castanee den. LXIII, pesei den. LX, ordeo den. XLVIII. Eodem
anno fuit maxima mortalitas.
A.D. MCLV, inditione III. Fredericus rex Romanorum venit in Lombardiam et in

p.15

Italiā, et fuit in Roncalia in festivitate Sancti Michaelis de mense Septembri, et misit
nuntios per omnes civitates ut mitterent ad eum legatos. Ad quem misimus tres sapientes
viros, qui honorifice recepti fuerunt, et cum magno honore eos ad nos remisit. In eadem
hieme magnam partem Lombardie devastavit et Tertonam obsedit, et totam expolievit et
destruxit. In sequenti anno venit Romam in mense Iunio et coronam imperii ab Adriano
recepit. Quo auditō, Romani cum multitudine magna venerunt contra imperatorem et inierunt
cum eo prelum in porticu Sancti Petri; et sic Romani in fugam versi, victi sunt,
et magna eorum pars occisi sunt gladio et in flumine demersi; et de aliis multos retinuit.
Postea venit ad civitatem Spoletinam, et eam rebellem devicit, et totam expoliavit; unde

10 infinitam traxit pecuniam. Interea pisana civitas, et legati eius, honorem habuit super omnes civitates Tuscie; et sic postea in mense Augusto et Septembri cum magno honore in Alamaniam reversus fuit.
A.D. MCLVI. Guilielmus, Cicilie rex, in mense Septembri in magnam devenit infirmitatem, et passus est usque ad Nativitatem Domini, unde omnes de terra sua eum mortuum extimabant. Interea omnes civitates et castella et ville eius major pars contra regem et eius filios rebelles esse ceperunt et Cicilia similiter, et consanguinei inimici regis; et Ciciliam devastaverunt, et prope portam Panormi predam fecerunt. Rege liberato ex infirmitate, omnes timuerunt; et fecit exercitum magnum, et in tribus mensibus totam Ciciliam recuperavit et omnes suos inimicos in Cicilia devicit. Interea in eadem *hieme*, Rubertus princeps
20 Capuam recuperavit et tenuit; et omnes barones Apulie maiorem partem suarum terrarum recuperaverunt et tenuerunt. In quorum auxilio Constantinopolitanus imperator misit galeas XXX cum thesauro multo; et sic vicerunt civitatem Bari, et alias plurimas terras. Rex igitur Guilielmus in mense Madio de Cicilia venit in Apuliam cum magno exercitu, et fecit bellum magnum cum baronibus Apulie et exercitu imperatoris Costantinopolitani, et devicit eos et
25 omnes Grecos retinuit, et XXX galeas imperatoris cum totis hominibus habuit, et Bari destruxit, et principem Robertum cepit, et totam Apuliam in duobus mensibus recuperavit et retinuit;

p.16

unde Grecorum imperator magnam tristitiam habuit. Hec victoria et recuperatio fuit anno Domini MCLVI, in mense Madio et Iunio.

A.D. MCLVI. In consulatu Coccii, in mense Iulio et Augusto, Pisani Consules fecerunt barbacanas circa civitatem Pisanam et Kinticam, et inceperunt civitatem murare, et compleverunt murum civitatis a turre, ubi posuerunt leonem marmoreum usque ad turrem que est super pontem Ausaris. In secundo anno, in mense Februario et Martio et Aprile

- MCLVII circumierunt totam urbem Pisanam et Kinticam ligneis turribus et castellis et britischis pro timore Frederici regis Romam venientis.
- 10 A.D. MCLVII. In consulatu Cocci, in mense Apreli, usque ad kal. Ianuarii, muraverunt tribus pontibus civitatem super terram, et uno ponte sub terra a Sancto Zenone ab Ausare usque ad portam Calcisanam, et fecerunt foveas a Monte Pisano usque ad Sanctum Zenonem; per quas petras pro muris navigio duxerunt, et in eodem anno negotia civitatis et iustitiam viriliter tractaverunt.
- 15 A.D. MCLVII, octavo kal. Aprelis, natus est puer in comitatu Bononie cum barba et mentibus, et pilosus totus, in Veneris die Sancto. In eodem anno, prid. kal. Augusti, cecidit grando maxima super terram Bononie, que devastavit vineas et arbores, homines et pecudes interfecit; que varii generis, quadrata, rotunda, et cornuta; cuius magnitudo erat tanquam magni ovi anseris vel galline.
- 20 A.D. MCLVII, XII kal. Madii. Incepta est turris Melorie, et totus girus est expletus in consulatu Cocci, et ipse complevit et fecit: in sequenti anno complete est turris eius.
- A.D. MCLVIII. Coccus consul duas turres in estate in portu Magnali incepit et fontem ad Sanctum Stefanum de portu Pisano pro utilitate mariniorum ordinavit et munivit.
- A.D. MCLXIII. Turris de Magnali portus Pisani completa fuit ex parte Livorne, mense Novembbris.

p.17

- A.D. MCLXV. Secunda turris Magnalis completa fuit et bene ordinata mense novembbris.
- A.D. MCLVII. In consulatu Guinithonis, nepotis Sesmondi, a kalendis Aprilis usque ad kal. Ianuarii, Consules fecerunt civitatis murum iusta Ausarem a ponte et turre Sancte Marie, que turris est angulus civitatis, usque ad pontem et turrem Sancti Stephani, et muraverunt 5 unum pontem sub terra et duos super terram; et a via que venit per Burgum usque

ad Ausarem, ubi est porta, usque ad angulum civitatis, qui est prope Sanctum Zenonem, similiter unum pontem sub terra et duos super terram edificaverunt, in eodem consulatu Alcherini et Glandulfini, qui fuerunt socii supradicti Guinithonis.

- 10 A.D. MCLVIII. Fuit combustio magna Pisis, III kal. Septembbris in nocte, ex qua combustione fuerunt concremate X turres, a domo et via Guidonis quondam Tedicii, usque ad turres Petri Albithonis et omnes ceciderunt. Unde fuerunt mortui Simone de Parlascio, Henricus filius Uguacionis de Villano, Vechius Bonacci, qui tunc erat provisor, et Conmovelli, et alii. Unde Consules, irati et commoti, omnia balatoria iuxta Sarnum iusserunt destruere.
- 15 A.D. MCLVIII. Guilielmus rex Cicilie, a kal. Aprelis usque ad kal. Octubres, magnum fecit stolum CXL galearum et XXIII dermonum, qui dermones portaverunt CCCC milites. Quem stolum rex Guilielmus in mense Iunio misit cum suo amirato, et cum multis de suis baronibus, super imperatorem Constantinopolitanum; qui stolus pervenit ad Negropo ubi erat exercitus imperatoris Constantinopolitani, et magnus stolus de mari. Amiratus regis Guilielmi bellum viriliter incepit in mari et in terra, eosque devicit et superavit; et totum stolum imperatoris Constantinopolitani retinuit, et civitatem Negropo, pugnando fortiter, cepit, destruxit et expoliavit, et multam pecuniam inde atraxit; civitatem et stolum maris incontinenti igne combusit. Mox etiam civitatem Almiro audacter aggressus est, eamque civitatem et Sanctum Iacobum Pisanorum cum turre cepit et expoliavit, eamque igne incendit.
- 20 25 Postea magnam partem Romanie devastavit et expoliavit; unde Constantinopolim magnum habuit timorem, et imperator magnum dolorem. Et sic amiratus regis Guilielmi cum toto exercitu suo, cum magno honore et triumpho et ingenti gloria in mense Septembbris reversus est ad regem Guilielmum in Siciliam.
- A.D. MCLVIII, in quarto consulatu Cocci. Item Pisani Consules muraverunt civitatem

III pontes: unum sub terra et duos supra terra, a porta Spine Albe usque ad portam Calcisanam, et a porta Parlascii usque ad pontem Sancti Stephani, et a turre Leonis, que est iuxta portam Sancte Marie, usque ad viam que currit ad hospitale Sancte Marie. Item similiter fecerunt quinque galeas pro guardia maris. Et Coccus Consul duas turres in portu Magnali ordinavit et composuit et fontem Sancti Stephani ad portum Pisanum, pro utilitate marinariorum, ordinavit et muravit, et tres columnas magnas lapideas de Ilba Pisas traduxerunt usque ad ecclesiam Sancti Iohannis. Item fossam magnam in Lepoiane fecerunt ab Toraia usque prope Petraia de Tufi, que fuit pertike mille quingenti. Eodem anno, ordinaverunt et fecerunt treugam cum Consulibus Lucensium, in mense Iunio et Iulio et Augusto in X annos inter Pisanos et eorum amicos et socios et Comitem Guidonem, et Senenses et Pistorienses et comitem Albertum de Prata ex una parte, et Lucenses et eorum amicos et socios Florentinos et Pratenses et capitaneos et Garfagninos ex alia parte. *Huius* treugue fuit sententia recta et data in vigilia Assumptionis Sancte Marie per Consules Pisanos et Lucenses, in comuni parlamento Pisanorum, et in comuni parlamento Lucensium.

Item suprascripti consules Pisani et Lucenses ordinaverunt et fecerunt pacem in annis XX, inter comitem Guidonem, et Pistorienses, et comitem Albertum de Prata, et Senenses ex una parte; et Florentinos, et Pratenses, et Capitaneos, et Garfagninos ex alia parte. Sententia fuit data et lecta in die Assumptionis Sancte Marie, et secundo et tertio die per Consules Pisanos et Lucenses, apud Sanctam Vivianam et Ripafractam, in presentia suprascriptorum amicorum utriusque partis. De qua treuga et pace Pisani magnum habuerunt honorem et laudem et gratiam per omnes eorum amicitias et bonam famam per totam Tusciam. Eodem anno, XV kal. Septembris, Consules miserunt Pellarium Consulem cum comite Gerardo et Curtevechia, et nobilibus militibus Pisane civitatis et cum sagittariis et edificatoribus in auxilium Imperatoris Frederici, in obsidione Mediolane, qui maximam expensam et guarnimenta fecerunt; quos imperator cum toto suo exercitu cum gaudio magno recipit et tenuit;

et sexto idus Septembris Mediolanenses imperatori Frederico se reddiderunt, et sic omnes nostri cum gratia et bona voluntate Imperatoris, et laude et honore, Pisas redierunt sexto kalendas Octubris.

A.D. MCLVIII, in mense Iunio. Fredericus Romanorum imperator venit cum magno

p.19

exercitu in Lombardia, et cum maiori parte Lombardie ivit obsidere Mediolanam; scilicet cum Papia et Cremona et Plagensa et Brescia, et earum districtus; unde Imperator nuntios et legatos suos per totam Tusciam *misit*, ut ei adiutorium darent. Qua propter Pisani miserunt, XV kal. Septembris, Pellarium Consulem, cum comite Gerardo et Hermanno filio Paganelli et Curtevechia cum XV nobilibus militibus, melioribus civitatis, et cum edificatoribus, et cum C sagittariis et duobus sonatoribus foliaree, quos Imperator cum ingenti letitia et gaudio recepit et tenuit. Unde Mediolanenses, hoc audientes, tristitiam et timorem magnum habuerunt; et sic postea VIII idus Septembris Imperatori se reddiderunt cum fidelitate magna, cum CCC obsidibus et decem milia marchis argenti, et VI idus Septembris, die Sancte Marie, Imperator iuxta Mediolanam, ad arcum Romanum, cum Mediolanensibus, cum honore et triumpho magno ibi se coronavit, unde omnes civitates Lombardie in fidelitate ei data conposuit. In eodem anno, in hieme, Mediolani et Brescia, Plagensa et Cremona, ab imperatore Frederico discordaverunt.

A.D. MCLX. In estate, imperator Fredericus ad vastandum Mediolanam devenit, et totum circa Mediolanam devastavit. Postea, in mense Augusto, cum Papia et cum aliis de Lombardia, per VI menses cum castellis ligneis et mangulis et gattis, Crema viriliter pugnando obsedit; tandem, per conventum, salvis personis, VII kal. Februarii Imperatori se reddidit. Imperator eam totam igne conbusit et destruxit; de quo triumpho tota Lombardia turbata est.

- 20 A.D. MCLX. In Dominica die palmarum, que fuit XIII kal. Aprelis, Guelfus dux
Spoleti, marchio Tuscie, venit apud Burgum Sancti Genesii; et ibi fuerunt Consules Pisani,
cum comite Gerardo et cum archiepiscopo Villano Pisane Ecclesie S. Marie; quem dux
super omnes episcopos et laicos Italie recepit, et consilio suo credidit; et fuerunt ibi Consules
Pistorienses et Senenses, et comes Guido tunc puer et Comes Ildebrandinus et Consules
25 Lucenses, Florentini, et Capitanei, et Varvassores multi, et ibi fecit magnum parlamentum,
et quesivit fidelitatem omnibus civitatibus et comitibus, et omnibus illis qui aliquod
de Marca detinebant. Comes Guido ei per suos fideles prius fidelitatem iuravit, deinde ceteri
comites et Senenses. Pisani vero et Pistorienses, Lucenses et Florentini invitaverunt eum
ut veniret ad civitatem, et pasca cum eis celebraret, et facerent ei securitatem sicut antecessorum

p.20

marchionum consuetudo fuerat. Interea, die tertio, Lucenses et Florentini in discordiam
cum comite Guidone devenerunt, et ad domum eius cum armis insultum fecerunt,
et nisi comes Guido, tunc puer, ad pedes ducis fugisset, eum interfecissent. Pisani vero hec
audientes, bellum magnum contra Lucenses et Florentinos pro adiuvando comite fecerunt,
5 et honorem magnum inde habuerunt; de quo bello mortuus est nobilis Florentinus Iacob
quondam Berlingerii. De quo bello Lucenses in magnam tristitiam excitati sunt, et omnes
suos contra Pisanos bandierunt. Pisani, hoc audientes, cum omnibus suis Pisas reversi sunt.
Post hec, die Sabbati Sancto, qui fuit VII kal. Aprilis, ducem Guelfum cum magno honore
10 et triumpho et processione Pisani, et iam dictus archiepiscopus, receperunt, de quo Lucenses
in magnam devenere tristitiam, et Pisani securitatem et fidelitatem fecerunt; et dux Pisanis
iuravit salvare homines Pisanos in personis et havere, et si pro adiutorio et consilio vel facto
ipsi duci prestando in guerram devenirent, usque ad pacem, viribus quibus potest, adiuvare
et defendere. Et sic a Pisana civitate cum maximo amore et honore, pridie kal. Aprilis,

15 recessit, ad Sanctum Genesium remeavit, pro fidelitate recipienda ab aliis civitatibus et fidelibus Marchie, omnesque civitates pro honore a Pisanis ei collato, et timore, fidelitatem et honorem ei fecerunt.
A.D. MCLX. In quinto consulatu Cocci, Pisani Consules civitatem a Portello, et via que percurrit usque ad viam Sancte Marie, duos pontes cum portis, usque ad turrem Arni murare fecerunt. Duxem Guelfum, marchionem Tuscie, cum magno honore receperunt; duas galeas in guardia maris stare fecerunt, que galee cum sagettiis IIIIor de portu de Turri ad insulam Capalbi de Sardinea super IIIIor galeas Saracenorum de Denias, que magnam navem unam Alexandrinam Ianuensium captam habebat, impetum magnum in Saracenos fecerunt eosque in fugam in periculo maris converterunt, et predictam navem Alexandrinam cum Saracenis quos in navi pro ea cum havere conducenda ad Deniam prendiderunt, predicte II galee navem defensam a Saracenis, cum magno triumpho, Pisas reduxerunt; quo audito, Ianuenses duas legationes, cum consule et sapientibus, Pisas direxerunt, qui amore pacis et societatis, et pro bono usu et pro dono et pro magno honore quem Deus dedit Pisanis, ipsam navem cum toto here a Pisanis petierunt. Consules iamdicti, cum consilio et aliorum bonorum hominum, navem cum toto here pro amore et donatione Ianuensibus reddiderunt. Ianuenses itaque cum amore et letitia, et gratias ingentes referendo, Ianuam reversi sunt. Hoc fuit anno Domini MCLXI in mense Iunio, eodem anno.
A.D. MCLXI. Ionatta, filius Tolomei, de Tusculana venit Pisas, et iuravit fidelitatem Villano archiepiscopo Pisanorum et Consulibus et universo populo salvare Pisanos in mari

p.21

ac terra sanos et naufragos; et Consules investierunt eum vexillo ut vexillifer fores Pisanorum eodem anno.

A.D. MCLXI. Sequenti mense, iamdicti Consules miserunt Consulem cum tribus galeis ad

5 Constantinum iudicem Calluritanum qui cum honore, cum uxore sue Sardinea et filia
Donnicella, Pisas duxerunt, et cum magno honore tenuerunt, et Iudicem cum uxore in magna
nave, Ierosolimam euntem, honorifice miserunt in mense Augusto, et Donicellam cum honore
Pisis retinuerunt eodem anno.
A.D. MCLXI. In mense Augusti et Septembbris, fideles comitis Ildebrandini Novelli,
filii quondam Ugupcionis de Malagalia, ceperunt naves Pisanorum grano et aliis mercibus
honustas: et duos homines Pisanos iurare fecerunt portare crucem et cannam et storia per
civitatem Pisanam pro iniuria Pisanorum, sicut portantes storia, crucem et cannam dixerunt.
Consules et universus populus, hoc videntes et audientes, in magnam tristitiam excitati sunt.
Unde magnum exercitum militum, peditum et sagittariorum et galearum, cum sagittiis et
cum manganis et pedrieriis et edificiis multis, Coccus Consul viriliter et velociter ad destruendam
et devastandam terram predicti comitis preparavit. Hec audientes, Gemma comitissa et
comes Ildebrandinus, filius eius, et sapientes et fideles sui, in iracundiam et timorem magnum
cum toto suo comitatatu devenerunt. Comes itaque Ildebrandinus cum episcopo de Massa et
episcopo de Soana, consilio matris, Pisas devenit, et in publico parlamento pisano per sacramento
se defendit, quod iniuriam quem Pisani crucem et storia et cannam portantes dixerunt,
20 non fecit nec fieri fecit nec scit qui fecit. Item predictus comes in eodem parlamento iuravit
fidelitatem et hominium fecit Villano archiepiscopo Pisanorum. Item iuravit salvare homines
Pisanos, sanos et naufragos, et havere in terra marique, et omni loco sui districtus.
His itaque peractis, Consules cum eo pacem fecerunt et honorem eximium, et magna dona
ei prebuerunt et eum vexillo in iamdicto parlamento honorifice investierunt, ut signifer

p.22

existeret Pisanorum; et sic ad propria remeavit. In reversione autem episcopus de Massa,
qui cum eo venerat, obiit eodem anno.

A.D. MCLXI. Vicarienses pro suis factis et dictis in malam voluntatem universi Pisani
populi iam devenerant. Unde, pro recuperanda Pisanorum gratia et bona voluntate, omnia
5 precepta predictorum Consulum Pisanorum in mense Octubri iuraverunt. Ad que sacramenta
recipienda Lanfrancus Consul iustitie, et Bernardus Marago et Marignanus causidicus, tunc
provisores, et Rainerius Gaetani et Ildebrandus Mele et Gerardus quondam Guffredi missi
10 sunt, qui maiorem partem Vicariensium, a minimo usque ad maiorem, cum magno amore
iurare fecerunt; et predicti Consules quem plura comandamenta, sub nomine sacramenti,
in parlamento pisano et in Vico eos observare in perpetuo, sicut in carte publica Pisanorum
continetur, imperaverunt eodem anno.
A.D. MCLXI. Predicti Consules magnam domum pro comuni utilitate, habentem caput
in Arno, et iuxta viam Sancte Marie edificare maiorem partem cuperunt. De carisio de
15 Vectula ipsi primi L perticas fieri cuperunt; turres de Magnali suspenderunt, et plus quam
solidos CCCC in eas expendiderunt. Galeas VII pro maris guardia construere incepserunt, et
unam galeam pro eadem guardia ad castrum dictum de Plumbino constituerunt.
A.D. MCLXI. Rainerius Sciacca obiit XV kal. Iulii, et fuit sepultus in ecclesia maiori

p.23

Beate Virginis Marie cum magno honore et veneratione in mundo, sicut sanctus et honoratus
in terra et in mare, quia marinarii de eo multa mirabilia videbant.
A.D. MCLXII, VIII kal. Pisani Consules murum civitatis a Portello, qui est ante viam
currit per ortum canonicorum usque ad turrem que iuxta Arnum est, tribus pontibus
5 levaverunt, et quatuor portas volverunt et compleverunt, et tota civitas in tribus pontibus et
III et V murum circumdata fuit; et tres messaticias fecerunt eodem anno. In mense Madio
Pisani Consules miserunt Ardecasam legatum cum una galea regi Maiorice.
A.D. MCLXII, in mense Iunio. Pisani Consules miserunt legatos Ildebrandum Melem Consulem

10 et Bulgarinum Bulgarelle, et Lambertum Cigulum imperatori Frederico, qui legatos honorifice recepit, et cum eis honorem et augmentum imperii et civitatis pisane tractavit.
Alia vice, in mense Octubris, miserunt legatos Gerardum Bulgarelli Consulem, et Marzuccum, Henricum Frederici, et Opithonem iudicem imperatori Frederico, qui *eos* cum honore recepit, et cum eisdem legatis honorem suum et statum regni sui tractavit et composuit. Ex qua legatione honorem magnum et bonam voluntatem Imperatoris super omnes civitates Tuscie
15 adepti sunt. Et domum communis prope ecclesiam Sancti Ambrosii fundaverunt; tres pontes super turrim de Magnali edificavere, et guardiam maris bene fecerunt.

p.24

A.D. MCLXII, in mense Octubris. Pisani Consules, Coccum et Bottacium legatos ad imperatorem Constantinopolitanum cum duabus galeis honorifice miserunt. Secundo anno, in festivitate Sancti Petri, Bottaccius Pisas cum duabus predictis galeis reversus est, Cocco cum imperatore remanente in Constantinopolim per unum annum, concordiam et conventionem,
5 quem Pisani cum eo facere volebant, pertractante; quem imperator Constantinopolitanus facere promisit, si Coccus legatus et civitas iuraret, quod non esset cum imperatore Frederico contra eum et eius terram, et quod non daret ei consilium neque adiutorium contra eum, nec hostem vel exercitum super eum faceret, promittens eidem legato et civitati magnam pecuniam. Que omnia legatus et civitas pro amore imperatoris Frederici facere recusavit.
10 Et sic postea Pisas X kal. Iulii reversus est.
A.D. MCLXI I, XV kal. Ianuarii, Villanus, pisanus archiepiscopus, cum una galea armata ad papam Alexandrum usque Terracinam navigavit. Videns hoc Alexander, cum gaudio archiepiscopum recepit, et Nativitatem Domini ibidem una celebraverunt. Post hec, in
15 galea archiepiscopi usque Plumbinum devenit, et ibidem archiepiscopus magnum honorem domino Alexandro exibuit. Deinde venit Vadum, quem cardinales cum una galea de Gaeta

et duabus sagittiis de Roma secuti sunt; deinde applicuit Livornam. Hoc audientes, Pisani
Consules consilium de non recipiendo Alexandrum habuerunt, propter amorem et pavorem
imperatoris Frederici. Cognoscente Alexandro voluntatem civitatis Pisane, festinanter ad
Portum Veneris navigavit; et ibi Rainierius de Parlascio, qui cum eo ibat in Franciam, apud
Tirellum monachus factus, mortuus et sepultus est kal. Februarii. Exinde navigavit ad
Portum Delphini; et ibi electum Pipinum Lunensium consecravit. Proinde aplicuit Ianuam,
quem Consules Ianuensium cum universo populo et ianuensis archiepiscopus, cum omnibus
clericis suis, cum processione, Alexandrum et pisanium archiepiscopum et cardinales receperunt.
Hec audiens imperator Fredericus, suos legatos Ianuam direxit, qui Alexandrum cum
cardinalibus sibi ex parte Imperatoris dari aut teneri captum postulavere; quod Ianuenses
facere contempserunt; immo Alexandrum cum tribus galeis et duabus sagittiis, et cum archiepiscopo
Mediolanensem, qui ad eum iverat et archiepiscopo Pisano cum galea sua, cum
honore et triumpho, octavo kal. Aprilis in Provinciam per mare transduxerunt: ad portum
Montis Pesulani honorifice receptus est Alexander.

20
25 p.25

A.D. MCLXIII, in mense Ianuarii, Pisanorum legati cum consilio senatorum et civium
ad imperatorem Fredericum mense Marthi iverunt, videlicet Lambertus Consul, Villanus Riccucci,
Boccius, Henricus Frederici, Opitho et Sigerius, legis doctores. Quos Imperator
cum gaudio recepit, et tantum honorem eis exhibuit, quantum nemo audivit nec vidit. Qui
5 cum eis honorem imperii et Pisane urbis tractavit, et sicut cum legatis proximi preteriti
anni ordinaverat, et in privilegio ab Imperatore predicto Consuli, nomine civitatis, indulto
continetur, firmaverunt. Predicti itaque legati cum honore et cum vexillo, dato et largito
ab imperiali maiestate, et spade, pro investiture imperatoris Frederici habenda et retinenda
super omnes civitates Tuscie, XVI kal. Madii, Pisas redierunt.

- 10 A.D. MCLXIII, in mense Madii. Pisani Consules, pro honore imperatoris Frederici et Imperii et Pisane urbis, galeas XL facere incepertunt, et per totum mensem Martium complete fuere.
A.D. MCLXIII, in mense Madio. Comes Ildebrandinus iuravit fidelitatem universo populo pisano, eundemque salvare in terra marique, et quod faciet iurare homines suos, a XV usque in XXX, per civitates et castella et vicos sui districtus, omnia deveta et banda, que Consules Pisanorum inposuerint aut indicent observare; et predictum populum salvare in terra ac mare, et nullam super positam alicuius diructure super inponere. Ad quod faciendum predictus Consul Petrus, cum Rainerio Gaetani et Guidone de Fasciano, et cum predicto Comite, per omnes partes districtus eiusdem Comitis equitavit, et sacramenta ad honorem Pisane urbis recepit.
- 15 A.D. MCLXIII. Predicti Consules duanam salis et ripam, et ferri venam pro libris
- 20 A.D. MCLXIII. Predicti Consules duanam salis et ripam, et ferri venam pro libris

p.26

- quinque milibus quingentis in XI annis, pro galeis faciendis, et civitatis expensis, vendiderunt, et in castro Ripefracte solidos M pro faciendis muris expendiderunt, et L perticas carisii Sancti Petri fecerunt, turremque de Magnali Pisani Portus, ex parte Livorne, mense Novembris complevere. In sequenti vero anno, alia turris ex parte turris Frasce completa fuit.
- 5 A.D. MCLXIII, in mense Augusti. Incepta fuit magna domus, iuxta litus maris, portus Magnalis, pro utilitate mariniorum. Magnum fondacum cum turre et porta ferrea inceptum fuit post annos XII.
- A.D. MCLXIII. Soarsa, qui guardie Sancti Viti et Magnalis portus preerat, posuit magnam catenam que porrigebatur et extendebaratur ab una turri usque ad aliam, et serrabat portum pro guardia mariniorum et reserrabat, et turres bene munivit et ordinavit pro Ianuensium guerra. Iterum fecit magnum puteum pro utilitate navigantium, prope domum

portus Magnalis.

A.D. MCLXIII, anno regni Donni Frederici x, imperii eius VIII, imperatore Frederico per quattuor annos ad obsidionem Mediolani commorante, quam per singulos annos devastavit, et Mediolanenses preliis multis superavit; Mediolanenses, hostes imperii, summa necessitate famis et belli coacti, personas, res, ipsamque civitatem, vexilla, universaque signa et arma bellica, absque omni tenore, imperatori Frederico, ipso die kal. Martii, reddiderunt, et fidelitatem ac omnia precepta iuraverunt, et CCCC obsides meliores et maiores Imperatori dederunt.

15 Imperator itaque Fredericus urbem ipsam, igne supposito, flamma consumpsit, et totam urbem, preter pecuniam quam ex precepto imperiali abstraxerunt, et personas quibus miseratio imperialis vitam concessit, et eam ita destruxit, quod solo coequavit. Civitates 20 igitur omnes Longobardie et castra, hec audientes, fidelitatem et precepta Imperatori iuraverunt, magna que tributa eidem reddiderunt. Magistratus, officia omnia et consulatum ex imperiali precepto receperunt.

p.27

A.D. MCLXIII, XIII kal. Iulii, Pisanis in pace commorantibus, et nullum apparatum triremium habentibus, Ianuenses XXV galeas habentes, diffidentiam per litteras eorumque nuntios indixerunt, et rupto pacis federe, cum periurio nefandissimo guerram crudelissimam cum eis ex improviso inceperunt. Caprariam XI kal. Iulii igne succenderunt. Eodem 5 die, ad caput Sancti Andree de Ilba, Ubertum quondam Sigerii gladio interfecerunt; Bonaccursum consulem et legatum, venientem in una galea de Sardinea cum decem hominibus, ceperunt, aliis per terram fugientibus, de quibus Tepertum filium Ugonis Teperti, et Tiniosum Viselle et Uliverium notarium, cum aliis VI hominibus, gladio occiderunt et galeam 10 sumersam iuxta litus insule Corsice pre nimio timore reliquerunt, et unam sagittiam de Provincia venientem prendiderunt, et tres naves magnas et vacuas ad fauces Arni demerserunt

et tres vacuas in Portu Pisano in Magnali cremaverunt; que omnia plus quem quinque milibus libris valuere. Pisani vero hec audientes, magna tristitia et dolore moti, X galeas et XI sagittias, ad modum galearum, velociter ordinaverunt et caput Corsi vastaverunt. Morantibus illi super guardiam maris in Planosa, duas magnas naves ditissimas Ianuensium,
15 unam de Suria et aliam de Constantinopoli venientes, VIII idus Iulii ceperunt, ubi LXII Ianuenses mortui fuere, alii capite truncati, alii gladio occisi. Postea, aliam navem venientem de Cecilia, in Ilba pridie idus Iulii prendiderunt; quarum navium havere plus quam viginti milibus libris valuit. Pisani, hec audientes, repleti sunt gaudio magno, et omnes Deo laudem dederunt. Et velociter XIII sagittias ad similitudinem galearum preparaverunt, et in
20 occursum eorum usque ad portum Populonii iverunt, et XII galeas Ianuensium, ad Pisanorum stolum venientes, in fugam converterunt. Postremo cum navibus et havere et cum Ianuensibus LV captis. Pisani cum honore et letitia XI kal. Augusti redierunt.
A.D. MCLXIII. Pisani XXIII galeas et XXX sagittias preparaverunt pro naval i bello
25 faciendo ad portum Veneris, et pro vastanda tota Marcha Ianue usque ad portum civitatis ipsius. Cum hec aguntur Pisani, Ianuenses, quia in mari cum Pisanis eo anno non poterant,

p.28

consules legatos cum aliis Ianuensibus ad imperatorem Fredericum cum magna pecunia miserunt, ut predictam pecuniam fidelibus et principibus curie darent, pro acquirenda pace vel
5 treugua cum Pisanis. Pisani vero, hec audientes, suos legatos ad imperatorem Fredericum, qui erat Turinum, VII idus Augusti direxerunt, videlicet Henricum Canis et Petrum Albithonis Consules, Contulinum filium Ugonis Sismundi, legis doctorem, Rainerium iuris peritum, et Marzuccum, germanos, quondam Gaetani, et Gerardum, quondam Guffredi, ad probandum scelus et periurium de crudelissima guerra quem contra Pisanos ex improviso incepérunt. Quos Imperator honorifice recepit, et predicti sceleris et periuriu probationem noluit Imperator

10 suscipere, sed treuguam legatos pisanos rogavit, et eisdem precepit habere cum Ianuensibus
usque ad adventum suum in Tusciam, paratus enim erat ire ad Bellicionem pro discordie
quam papa Alexander et papa Victor inter se habebant iudicanda. Et predictum Henricum
Consulem, et Rainerium Gaetani usque ad Bellicionem secum Imperator duxit; alii
Pisas V kal. Septembris rediere. Rex quidem Francie, de concordia Victoris pape, quem
Imperator fieri promisit, minime observavit, et tunc legatos pisanos, scilicet Henricum consulem,
25 et Rainerium Gaetani, cum gaudio rex allocutus est, promittens eisdem amicitiam
pro amore Pisane urbis. Rex itaque, cum indignatione Imperatoris, cum papa Alexandro
reversus est in Franciam, et Imperator cum papa Victore perrexit in Alemaniam.
A.D. MCLXIII, in mense Octubris. Guilielmus rex Sicilie, fedus pacis habens cum
Pisanis, omnes Pisanos, quos in suo reperit districtu, cepit, res et personas in custodia habuit,
20 et Pisanorum navem unam venientem de Constantinopoli cepit. Pisanos enim suspectos
habebat propter affectionem et fidelitatem quem ergo Imperatorem habebant, et propter
magnam dilectionem quem Imperator e converso erga Pisanos ostendebat, et propter magnum
apparatum galearum, quem pro faciendo imperatoris Frederici servitio fecerant.
A.D. MCLXIII, XIII kal. Iulii. Pisani Consules fecerunt exercitum magnum militum

p.29

et peditum et sagittariorum super castellum de Pecciori, et omnia alia castella de Valle
Here; quod castrum cum aliis longo tempore multas iniurias Pisanis intulerat: in quo erant
milites CCCC et pedites tria milia ad bellum parati, et castrum erat tutissimum, vallo et
muro fortissimum: et in vigilia Sancti Iohannis Baptiste, omnes de castro, sine omni conditione
5 et tenore, cum C obsidibus se reddiderunt Pisanis, et Pisani totum in circuitu et eius
burgos igne cremaverunt, et magnam partem muri et muniorum destruxerunt: et castrum
Pave, quod erat rocca fortissima, uno die ante pugnando ceperunt, et igne demum incenderunt,

et alia duo castella igne succenderunt, et omnia alia castella de Valle Here, usque
ad civitatem Vulterre, cum multis obsidibus et securitatibus magnis, et pecuniam dando, se
10 Pisanis sine omni conditione reddiderunt. Et sic Pisani cum magno honore, VI kal. Iulii,
redierunt. Post aliquot dies, omnes de castro de Pecciori, a maiori usque ad minorem, omnia
commandamenta Pisanis Consulibus eorumque successoribus iuraverunt. Capitanei vero
eiusdem castri iuraverunt fidelitatem similiter; pro qua fidelitate Pisani Consules dederunt
15 terram prope ecclesiam Sancti Cassiani de Kinsica in feudum predictis, pro edificandis
domibus eosque regere et per mare portare, sicut suum populum, securitatibus promisere.
Eodem anno Pisani consules XIII galeas pro servitio imperatoris Frederici fecerunt, et omnia
ordinamenta civitatis, scilicet de ampliando comitatu et iustitia, et carisiis et fossis, honorifice
complevere.

A.D. MCLXIII, ante kal. Aprilis. Rainaldus Coloniensis archiepiscopus, et Italie
20 archicancellarius, venit Pisas et cum magno honore receptus est; et voluntatem imperatoris
Frederici Pisani honorifice fecerunt, et per totam Tusciam, Marchas et Romagniam perrexit,
et Boccium Pisanorum Consulem, cum duobus sapientibus, videlicet Rainerium Gaitani, et
Lambertum quondam Lanfranci secum duxit honorifice. Luca, Florentia et omnescivitates,
25 et castella omnia, precepta imperatoris Frederici et predicti cancellarii obtentu Pisanorum
et timore iuraverunt, tribute et dona plurima et infinitam pecuniam ei dederunt. Nullus
enim marchio et nullus nuntius imperii fuit qui tam honorifice civitates Italie tributaret, et
Romano subiceret imperio. Boccio Pisanorum Consuli, et predictis Rainerio et Lamberto,
in reversione, munera magna dedit. XII kal. Octubris, Pisas reversus est, et in ecclesia
30 Sancte Marie laudes magnas contulit Deo et imperatori Frederico, et Pisano populo de tanto
honore quem ei dedit, timore Imperatoris et obtentu Pisani populi. Exinde perrexit ad Serzanam,
ibique parliamentum cum Consulibus civitatum Tuscie fecit, et palam gratias magnas
Pisanorum Consulibus retulit, qui cum multis sapientibus ibi presentes erant; ibique omnes
Consules civitatum Tuscie ad piissimum Augustum in Longobardiam reinvitavit, et sic ad

Imperatorem reversus est, et coram imperatoria maiestate laudes de Pisanis reddidit magnas.

p.30

- A.D. MCLXIII, tertio kal. Octubris, die Sancti Michaelis prima columna ecclesie
Sancti Iohannis Baptiste erecta est, et infra XIII dies, gratia Dei, tote octo erecte sunt,
de quibus unam in uno die Porta Aurea erexit. Eodem autem tempore, ordinatum est ut
unaqueque familia Pisane Urbis singulis kalendis unum daret denarium pro eiudaeum ecclesie
opere faciendo.
- 5 A.D. MCLXIII, in mense Octubris, Fredericus, Dei gratia Romanorum Imperator et
semper Augustus, reversus est in Longobardiam apud Laudam, et illuc omnes duces marchiones,
comites, capitanei, varvassores regni, omniumque cintatum imperii legati iverunt.
Ad quem Imperatorem Pisani honorifice legatos X kal. Novembris miserunt, scilicet Marzuccum
- 10 Gaetani et Villanum Ricucki Consules, cum Pellario et Opithone iudice, et Gerardo
Bulgarelli et Capitone quondam Homici, quos Imperator super omnes alios legatos imperii
recepit, et cum eis et Ianuensium legatis hostem. stolumque per mare in Siciliam ordinavit,
et milites felicem expeditionem in Apuleam et Siciliam palam fecit iurare. Et sic, XVIII kal.
Dicembre, cum honore et gratia domni Imperatoris Pisas reversi sunt. Qui Consules palam
15 in parlamento predictam expeditionem ad proximas kalendas Maias faciendam indixerunt,
et universum populum ad predictum fore paratum preceperunt.
- A.D. MCLXII II, VI kal. Ianuarii, nocte Sancti Iohannis Evangeliste magna pars Kinsice,
scilicet ab ecclesia Sancti Cristofori usque ad domum Guidonis Boni exusta est.
- 20 A.D. MCLXIII. Vadense castrum sub predicto consulatu cepit murari, et pro muris
faciendis, fuit eis dimissa data per XV annos; quod castrum bene fuit muris circumdatum
MCLXXX.
- A.D. MCLXIII, mense Octubris. Parason quondam Durbini de Callari deiecit de Callari

25 Donnicellum Petrum iudicem, qui cum uxore sua, filia iudicis Constantini, aufugit Turrim ad fratres suos. Pro qua iniuria Parason iudex Turritanus cum fratribus suis et avunculis, scilicet Barile, Gainello, Paulo et Paganello quondam Ugonis Pagani de Pisa, fecit magnum

p.31

exercitum militum et peditum et sagittariorum, et reduxit in Callarim Donnicellum Petrum iudicem, fratrem suum, in mense Martii, die Sancti Gregorii, et Parasonem quondam Durbini cum sequacibus suis expulit de Callari, qui aufugit Arboream.

A.D. MCLXV. Indictione XII. Pisani Consules ad Imperatorem Fredericum quatuor legationes honorifice miserunt. In una Rainerius Gaitani Consul legatus, cum Lamberto quondam Lamfranci et Bulgarino et Sigerio iuris peritis, fuit, quos Imperator honorifice recepit. Qui legati voluntatem imperatoris cognoscentes, ipsum ut Pisas veniret devotissime invitaverunt. Pisani vero adventum Imperatoris considerantes, se ad illum recipiendum preparaverunt; qui impedimento infirmitatis venire non potuit, sed cancellarium suum cum quibusdam principibus Pisas reduxit. Pisani cum honore, tertio idus Aprilis, qui fuit sabbato sancto, receperunt. Archiepiscopus vero cum clericis, quia Sacrum crisma pape Victoris pro faciendo baptismum non recipit, baptismum eo anno in Pasca Resurrectionis non fuit celebratum. Postea vero cum amore civitatis ad burgum Sancti Genesii perrexit. Predicti Consules X galeas eo anno fecerunt, et quattuor dermones, pro equis portandis in exercitu Imperatoris, facere incepérunt, et XV galeas pro guardia maris armaverunt, et alveum Ausaris fluminis ampliavere, et ipsum profundiorem fecerunt, et omnia ordinamenta civitatis honorifice complevere.

A.D. MCLXV. Octavianus, qui vocabatur papa Victor, Lucane civitati XII Kal. Madii mortuus est. Hoc audiente cancellario, Lucam ivit festinanter et cum cardinalibus ipsius Victoris secundo die elegit Guidonem Cremonensem in papam, qui postea vocatus est Pasqualis

papa, cui Cancellarius, omnes Lucenses clericos et laicos in comuni parlamento sub sacramento obedire et pro papa catholico eum tenere precepit. Et sic reversus est ad Burgum Sancti Genesii, ubi fuerunt Consules omnium civitatum Tuscie, comites et varvassores, et Pisanorum legati, scilicet Rainerius Gaitani Consul, cum Bernardo Maragone; ubi cancellarius cum magno amore VI nonas Madii dedit gualdanum teutonicum et comitem

25 p.32

Vulterrancorum iam dicto Rainerio, Pisanorum Consuli, ut iret cum eo per totum comitatum pisanum.

A.D. MCLXV. Rainerius Gaitani et Lambertus Crassus Consules, et Ildebrandus quondam Pagani iuris doctus et Bernardus Maragonis iverunt per comitatum pisanum pro 5 iustitiis et vindictis faciendis, usque ad castrum qui dicitur Scarlinum, in quo Consules miserunt, qui omnia precepta predictorum Consulum iuravere, et obsides VI pro libris C iam dictis Consulibus Pisanorum dederunt. Similiter omnia ista castella, scilicet Castrum de Vignale, Falli, Castellina, Mons Sancti Laurentii, Castolioni Bernardi, Cornia, Querceto, Casaliule, Buriano in Valle Cecine, in Valle Here Camporena, Vignale, Rocca Falfi, Tonda et alia plura, cum magno honore omnia precepta predictis Pisanorum Consulibus iuraverunt, castrum et pro eis Consules ad eorum voluntatem recepere; et discordiam que erat intra castrum de Pecciole et Montem Cuccari de Letaniis plebis de Fabrica, per sententiam et laudamentum in scriptis diffinierunt, et per totam Vallem Here iusticias et vindictas fecerunt. Exinde pervenerunt ad Agnanum, castrum Vicecomitum, et in eo Consules miserunt, quod nulli 10 Pisanorum Consules usque ad odiernum diem facere potuerunt. Nulli namque Consules duo exierunt de civitate Pisana, pro honore civitatis faciendo, cum duobus sapientibus qui tam gloriose civitatis honorem fecissent, et comitatum crevissent.

A.D. MCLXV, in mense Aprilis. Parason iudex Turritanus, cum fratribus et avunculis

20 suis pisanis, Barile, Gainello Paganello, et Paulo et Donnicellus Petrus iudex de Callari,
frater iudicis Parasonis de Turre, fecerunt exercitum magnum supra Parasonem iudicem Arboree,
pro multis iniuriis sibi illatis; et mense Aprili in Arboream intraverunt, palatia et
domos multas destruxerunt et igne cremaverunt, viros et mulieres et spolia multa inde
abstraxerunt. Parason itaque iudex Arboree cum uxore sue aufugit ad mansionem de Capre.
Pro qua iniuria et ob proprio Parason iudex misit suos legatos ad imperatorem Fredericum et
5 Ianuenses, promittens eidem Imperatori XV milia librarum inter aurum et argentum, si
de tam turpi iniuria eum vendicaret, et si totam Sardineam iurisdictioni Parasonis iudicis
Arboree supponeret. Imperator autem, hoc audiens, suos legatos cum VII galeis Ianuensium
et una galeota ad iudicem Parasonem in Arboream direxit.
A.D. MCLXV. In mense Madio, Ildebrandus quondam Ranuccii Ianni, Consul Pisanorum

p.33

et legatus in Sardineam pro sedanda discordia iudicum, fecit omnes iudices Sardineae
omnia precepta sua et sociorum iurare. Hoc peracto, Consul predictus treuguam usque ad
redditum iudicis Arboree posuit. Audientibus namque Pisanis, quod Ianuenses iverant cum
octo galeis in Sardineam, VIII similiter galeas armaverunt, et in Sardineam cum Rainerio
5 Alferoli Consule, pro guardia maris et Sardineae, direxerunt. Quapropter legati Imperatoris
et Ianuense nullam vindictam nullamque offenditionem in Sardinea, timore Pisanorum galearum,
que ibi erant, fecerunt. Iudex vero, cum legatis Imperatoris promittentibus adimplere
omnia que ab Imperatore postulavere, cum XXX milibus libris in eisdem galeis Ianuam navigavit,
deinde ad imperatorem Fredericum apud Papiam ivit.
10 A.D. MCLXV, quarto idus Augusti. Imperator Fredericus cum magno honore Papie
coronavit Parasonem iudicem Arboree de Sardinea; de qua corona Henricus de Cane et
Benedictus Consules et legati Pisanorum ad Imperatorem, qui tunc Papie cum sapientibus

erant, valde tristati sunt, et civitas tota; partim quia securitates et omnia precepta et fidelitatem
Pisanis Consulibus fecerat, ideoque corona dignus non erat; partim quia coronam,
15 Pisanis invitis, meruerat, Iudex denique, cum consulibus et sapientibus Ianue, qui ad Imperatorem
legati erant, Ianuam reversus est; quem Ianuenses cum honore receperunt, et ibi
moratus est usque ad X kal. Decembris, ibique preparavit magnum exercitum militum fere
ducentorum et peditum et sagittariorum, et galeas VIII et tres magnas naves pro exercitu
militum portando in Arboream, pro recuperanda terra, et pro sue iurisdictioni et potestati
20 subiuganda tota Sardinea; pro quo exercitu, et expense, et fidelibus quos acquisivit, Ianuenses
ultra XXX milia libras dolose et fraudulenter ei mutuo dederunt, et sic predictus judex cum hoc
exercitu X kal. Decembris, Ianua exivit, et navigare cepit. Interea ceteri iudices Sardinee,
hoc audientes, contristati et turbati sunt et tota Sardinea cum eis, unde iudex Turritanus
25 et Donnicellus Petrus iudex de Callari, cum Gainello, qui cum una galea in eorum adiutorio
iverat, et cum exercitu magno militum et peditum et sagittariorum, in mense Septembris
intraverunt Arboream, et mansionem de Capre totam destruxerunt, maiorem partem Arboree
igne cremaverunt, oves et boves et equos occiderunt, et inde abstraxerunt cum multa spolia.
Castrum tamen in quo erat thesaurus non ceperunt. Pisani vero, hec omnia audientes, velociter
galeas VI preparaverunt et armaverunt, in qui bus Ildebrandum Bambone Consulem, cum

p.34

sapientibus, videlicet Lamberto quondam Lamfranci, Marzucco Gaitani et Herro, Callarim
direxerunt, pro eius defensione et guardia, et totius Sardineae.
A.D. MCLXV, in mense Novembris. Christianus, cancellarius domni imperatoris Frederici,
venit Pisas pridie kal. Decembris, die Sancti Andree Apostoli; papam Pasqualem,
5 qui ante vocabatur Guido Cremonensis, Pisas cum magno honore duxit, et Pisani eum honorifice
tenuerunt usque quo iam dictus cancellarius duxit eum Viterbo. Cuius adventu Villanus

Pisanorum archiepiscopus, quia nolebat ei obedire, recessit ad Gorgonam.
A.D. MCLXV, indictione XIII, VI kal. Martii, Pisanorum Dei gratia Consules, consilio
10 Senatorum et sapientum, Uguacionem quondam Lamberti Bunonis, Pisanum Consulem, et
Rainerium Gaitani, et Alcherium quondam Anfossi, legum doctos, legatos ab Urbe Pisana
electos et ordinatos ad imperatorem Fredericum in Alamaniam, ubi ipse aderat, direxerunt:
qui ad ipsum euntes, honorifice ab Imperatore et eius curia recepti sunt; et omnia, que ab
eo postulaverunt, digna et utilia Romano Imperio et Pisane urbi diligenter eis prefatus
15 Imperator exhibituit. Consilio namque archiepiscoporum et episcoporum, ducum atque imperialis
aule principum, totam insulam Sardinee Pisane civitati in feudum dedit. Presentibus
etiam Consule atque legatis Ianuensium, et Parasonem regem Sardinee ab eo in Lombardie
partibus coronatum, et omnes iudices et ipsius insule cohabitantes, Pisane dictioni subiugavit,
et plenam potestatem omnium que in ipsa insula continentur, et que ad eam spectant, Uguacioni
Consuli, pro Comuni Pisane civitatis recipienti, tribuit, et regali scripto de ipso feudo

p.35

ipsum investivit, et vexillum inde in eius manum commisit; et ut perpetuo feudum istud conservetur
et inviolatum permaneat, principem Boemorum, potentissimum utique virum, iurare
fecit. Et de his omnibus preceptum imperiale, aureo sigillo roboratum, fieri fecit, manuque
sue firmavit; in quo mille librarum auri penam inposuit omnibus personis, tam magnis
5 quem parvis, que contra hec facerent. Et sic cum magno honore prefati nostri legati in
proximiori XVII kal. Iunii sunt reversi, et hec in continentis in publico parlamento, multitudine
populi ibi coadunata, renuntiantes, et precepto seu privilegio publice perlecto, satis
sunt commendati, et immensas grates ab universo populo receperunt.
A.D. MCLXV. Ianuenses cum iudice Arboree et eius exercitu ivere in Sardineam
10 perveneruntque in Longoni Sardi et ibi sagittias IIII Pisanorum, in quibus erant milites et

negociatores, cepere. Hoc audientes, Pisani XI galeas cum magno vigore armaverunt, inter
quas fuit una Vicariensium galea bene armata, et in Sardineam cum duobus consulibus
Petro et Guilielmo, ad expellendos Ianuenses miserunt. Que galee in itinere unam galeam
de Ladiana prehendiderunt; venientibus quidem Ianuensibus cum iudice in Arboream, milites
iudicis in terra posuerunt. Iudicem vero propter pecuniam, quem eis dare debebat,
15 in terram non posuerunt. Quibus iudex pro pecunia obsides et partem pecunie, ut eum in
terra ponerent, dare voluit; qui partem, nisi totam pecuniam solveret, non receperunt. Cum
hec aguntur, Ianuenses audierunt quod VII galee Pisanorum, que Callari erant, veniebant
20 super eos, et Consul cum magno exercitu per terram, et XI galee de Pisis veniebant, relictis
militibus et negotiatoribus et navibus et sagittiis, prae timore Pisanorum, cum iudice usque
Ianuam fugierunt; qui VII idus Februarii Ianuam amplicuere. De quo facto Ianuenses magnam
habuerunt tristitiam, et iudicem in carcere tenuerunt. Pisani itaque Consules, qui in Sardinea
erant, milites et negotiatores Ianuensium cepere, et totam Sardineam sub tributo et fidelitate,
expulsis Ianuensibus, posuerunt.

25 A.D. MCLXVI. Pisani, qui in Turri erant cum XI galeis, predictis Pisanorum Consulibus
invitis et contradicentibus, infra terram ad villas Turris iverunt, easque predabantur
et devastabant. Sardi, hoc audientes, cum magna multitudine militum et peditum in Pisos
quarto idus Madii, qui fuit vigilia Ascensionis Domini, impetum fecerunt, et de eis LXXX in
Villa, que dicitur Octavo, gladio occidere.

p.36

A.D. MCLXVI. Parason iudex Turritanus et Petrus eius *frater* iudex Calluritanus, et
iudex de Galluri, qui in Turri cum suprascriptis Pisanorum Consulibus erant, audientes que
gesta erant, magnum dolorem et tristitiam habuerunt, et Pisas in galeis cum Consulibus,
pro honore et satisfactione facienda, venerunt. Parason quidem iudex in parlamento facto

- 5 in burgo Sancti Michaelis, propter timorem propinquorum et parentum interfectorum in Sardinea, iuravit ad sancta Dei Evangelii quod mortem predictorum Pisanorum non invenit, nec cum alio consiliatus est, immo doluit; et insuper omnia precepta et fidelitatem Consulum Pisanorum *et* successorum iuravit, et terram in feodum pro predictis tenere, et libras VI milia dare, ac censum librarum c, et falcones paria XII omni anno supradictis Consulibus eorumque successoribus sacramento dare promisit. Predictus siquidem Consul Guilielmus, cum Leone Pulta, qui in legatione obiit, et Carone, cum una galea, iudices Parasonem et Petrum cum aliis Sardis in Sardineam, in Portum Turritanum, in mense Iulii transvexere.
- A.D. MCLXVI, kal. Iunii. Fuit bellum inter Pisanos et Luncenses ad balneum Montis Pisani, et gratia Dei, Pisani vicerunt illos, et usque ad Massam *eos* fugaverunt.
- 10 A.D. MCLXVI, XVI kal. Iunii. Pisanorum Consules miserunt unam galeam bene armatam ad Portum Veneris pro capienda galea Trapilicini; quem galeam Pisana galea viriliter expugnavit, et eam cepisset, nisi Consul Ianuensium, qui ibi erat cum Uguicione Pisanorum Consule, pro pace componenda, in auxilium Trapilicini cum buthettis et aliis navibus super Pisanorum galeam occurrisset.
- 15 A.D. MCLXVI. Indictione XIII, mense Julio. Pisani decem galeas velociter armavere, de quibus VII navigavere versus Siciliam pro Ianuensibus capiendis; que usque ad Isclam Maiores fuere, et galeotum atque alias naves ceperunt. Alie vero tres in Provinciam ivere, et unam magnam navem Ianuensium honeratam ceperunt, et alias quamplurimas naves, et VII buthettos Ianuensium venientes de Ispania; et sic cum magno honore, et cum Ianuensibus 20 25 XXXVII magrus civibus, decimoprimo Kal. Augusti, Pisas rediere. Ianuenses, hec audientes, quarto decimo galeas armavere, et post illas usque ad Montem Pesulanum ivere, et in Marsilia et in Rodano quinque naves Pisanorum vacuas cepere, et sic reversi sunt Ianuam.
- A.D. MCLXVI, tertio idus Augusti, Pisani cives videntes triumphum trium galearum

redeuntium de Provincia, et quod Ianuenses issent in Provinciam, viriliter XXXI galeam armaverunt, et in Caput Corsi navigarunt, et igne illud combussere; et XII kal. Septembris Albiganam pugnando cepere, pre timore maris et venti contrarii ad portus amplicuere. Profecti inde, XXVIII naves venientes de mercato de Frigioli, cum Ianuensibus et havere magno ceperunt, et per totam Rivieram Ianuensem usque ad Montem Pesulanum plurimas naves prehendiderunt. Ad Gradum quoque Mergurii V naves magnas vacuas incenderunt, et unam venientem de Garbo caricatam cepere. Revertentibus itaque Pisanis intraverunt Rodanum per fauces Capre, et incolumes usque ad Albarum Sancti Egidii venere die kal. Septembris, in quo est fiera magna, ubi varie et innumerosae gentes convenerant. Ianuenses, scientes victoriam quem Pisani habebant de Albicana, dolore nimico turbati, repente L galeas armavere; et post illas usque in Provinciam per flumen Rodani, pro faciendo prelio cum Pisani usque ad Ripam Sancti Egidii, non longe duobus miliariis a Pisanorum exercitu, tertio nonis Septembris applicuere, et die ipsa et per alios decem dies bellum facere valde timuerunt. Infra dictum denique tempus Pisani et Ianuenses fortiter se preparaverunt. Interea Pisani, audientes quod Ianuenses armassent L galeas, et post Pisanorum galeas festinanter usque in Provinciam navigassent, confestim XX galeas armavere, et usque ad portum Janue navigare proposuere. Cum vero pervenissent super portum Dalfini, iudicio Dei marisque, Ianuam, secundum quod proposuerant, aplicare non potuerunt; reversi sunt in Portum Veneris, et castrum in circuitu devastaverunt; deinde reversi sunt Pisas VII idus Septembris. Postea vero, cum de illis, qui in Provincia erant, veritatem nullam scirent, confestim XXV galeas armaverunt, et Ianuam, secundum quod proposuerant, navigare ceperunt, et idus Septembris ad castrum dictum Levanto amplicuere, et totum in circuitu devastaverunt, et impedimento temporis, vix cum magno labore reversi sunt in Portum Veneris, deinde Pisas. Post hec tres galeas bene armatas cum Guidone Belle consule et cum XXIII militibus Pisani consules miserunt in Provinciam in auxilium Pisanorum; quas ventus contrarius proiecit in Ilbam,

et ibi unam navem Ianuensium et burgensem Panormi, venientem de Alexandria, cum magno havere, die Sancti Michaelis cepere; et sic Pisas cum magno honore tertio nones Octubris rediere.

30 A.D. MCLXVI, idus Septembbris supradicti Pisani, qui in Provincia cum XXX et una galea erant cum Ianuensibus, qui erant cum LV galeis, magnum bellum in terra iuxta Rodanum fecerunt, et gratia Dei Pisani vicerunt illos; de quo bello multi Ianuenses capti et interfici sunt et omnia menia eorum destruxere. Veniente denique Ianuensium Consule de Ianua cum tribus galeis et infinita pecunia, stolum Ianuensem retro usque ad Arlim pro certamine faciendo, ingenti furore, redire fecit, qui per XV dies ibi steterunt et bellum, 35 tanquam timidi, iterum facere recusaverunt. Paucis autem diebus postea, Ianuenses Ianuam, cum mala fama et tristitia a Pisanis separati et devicti, X kal. Novembbris reversi sunt.

p.38

Pisani vero audientes quod Ianuenses de Arli recessissent, galeas viriliter armaverunt, et post illos cum victoria redeentes, super insulas Sancti Honorati furore iraque maximi venti et terribilis, nocte IIII kal. Novembbris in alto pelago atracti sunt, quod terram amplicare non potuerunt. Et eadem nocte atque sequenti die tanta fuit maris tempestas et venti contrarii, ut ex 5 XXX una galeis, XX vix servari potuerunt: relique merse naufragium sunt passe, Dei et non hominum iudicio, quasdam in Sardineam, quasdam in Corsicam, vel Bugeam pertulerunt. Quedam alia galea de Porta Aurea Gigerim applicuit, cuius galee homines capti pro piratis ducti sunt ad Bugeam, et omnes, preter quatuor parvulos et XX alios quos fortuna liberavit, truncati sunt. Alio vero XVIII, nescientes de aliis quid inde esset, infra XI dies 10 Novembbris Pisas cum triumpho de inimicis rediere.

A.D. MCLXVII, indictione XIII, Consules XVII intraverunt supra XXXVI milia librarum debiti, et eodem anno XLVII galeas armaverunt. Eodem tempore Ianuenses, cum cogitarent

Pisanos cives non posse cum eis in mare, propter XII galeas de Provincia redeuntes, que
Dei iudicio perierunt, unam magnam navem in Arboream miserunt pro mercibus portandis,
15 pro debito iudicis Arboree, quem tenebant in vinculis, solvendo. Pisani, hec audientes, V
galeas armaverunt, que cum una galea, in qua erat Coccus, Consul legatus, ad Bugeam ad
Ammiram Mumini, usque ad Arboream insimul navigarunt, ibique suprascriptam navem
honeratam cum L Ianuensibus X kal. Iunii ceperunt. Coccus legatus navigavit versus Bugeam;
20 alie V galee, cum predicta nave redeuntes, aliam navem Ianuensium venientem de Garbo
super Caput Albi XI kal. Iunii cepere: que naves plus octo milibus libris valuere; et sic
Pisas cum honore et ingenti laude ac triumpho rediere.
A.D. MCLXVII, in mense Iunii, Ianuenses hec omnia audientes, pro dolore magno
navis capte in Arboream, VIII galeas velociter armaverunt, et usque ad Callarim eas miserunt
25 et securitates cum iudice Petro contra Pisanos fecerunt. Pisani, hec audientes, XVII galeas
cum duobus Consulibus, scilicet Feriolo et Vettulario, festinanter armavere; et post, eas
direxerunt, et Ianuensium predictas galeas in coste de Callari revertentes eminus viderunt;
quas Pisani in fugam converterunt, et Ianuenses pre timore usque Ianuam fugiere. Interea
30 Pisanorum galee naviculam quandam venientem de Sicilia ceperunt. Consules autem predicti,
hoc peracto, cum galeis ad iudicem Petrum iverunt, qui Consules non recepit, nisi regnum
ei concederent; quod si regnum ei concedere voluissent, voluntati eorum acquiesisset; et sic
Pisas cum victoria de inimicis fugatis redierunt.
Eodem tempore, exeunte Iunio, Pisani ad Ianuenses legatos pro pace facienda miserunt,
et cum Ianuensibus ad Portum Veneris convenerunt, atque ab eis pacem petierunt; qui facere

p.39

recusaverunt. Pisani audientes quod pacem cum Ianuensibus habere non poterant, paucis
diebus postea, Guido quondam Fornarli et Bulgarinus Anfossi duas galeas suas repente

5 armaverunt, que in Caput Corsi unum Ianuensium galeotum cepere; deinde navigarunt in Provinciam, et duos Ianuensium galeotos cum havere ceperunt, et unam magnam navem, venientem de Garbo super Linguellam prendiderunt; que omnia plus V milibus libris valuere: et sic Pisas cum nave et havere et Ianuensibus XXXII, XI kal. Augusti, rediere. Ianuenses, audientes hec, VII galeas festinanter armavere et pro defendenda nave ac Pisanorum galeis impediendis, usque Caprariam venerunt, quod minime facere potuerunt. Interea Pisani, videntes victoriam duarum predictarum galearum, et maxime quia pacem habere non poterant,

10 XVII galeas repente armaverunt, de quibus VII obviaverunt predictis VII Ianuensium galeis ad caput Sancti Mannati de Ilba; et die Sancti Iacobi, que est octavo kal. Augusti, solum VII predicte Pisanorum galee cum predictis VII Ianuensium galeis bellum magnum fecerunt; et gratia Dei, Pisani vicerunt illos, ac duas Ianuensium galeas cepere, nec non alias V infugaverunt, et ex eis gladio occiderunt, ac in mari ex eis demersi, necati sunt, et quamplures sunt vulnerati. Sic itaque cum honore et victoria, cum duobus iam dictis galeis, et CCCXX Ianuensibus, Pisas V kal. Augusti rediere. De reliquis autem X predictis galeis, V navigarunt usque Usturam, et quam plures Romanorum naves cum multo here cepere; et sic cum honore et havere Pisas rediere. Alie viverunt in Provinciam, et ultra XL naves, inter magnas ac parvas, et galeotos predidere; quas omnes igne consumpsere, ac in profundum maris demersere:

15 et sic cum XL Ianuensibus et duobus milibus quingentisque librarum boni heris Pisas, cum triumpho et letitia magna, pridie nonas Augusti rediere.

A.D. MCLXVII. Indictione XIII. Cum Ianuenses audissent de victoria quam septem Pisanorum galee in suas fecerant, et de V galeis que navigarunt in Provinciam, quod magnum dannum eius dederant, hac contumelia et dolore vehementer moti, repente de nobilioribus et fortioribus Ianue VI galeas, in quibus fuit Balduvinus Guercius, armaverunt. Predictis VI galeis euntibus in Ilbam, unam Ianuensium galeam de corso venientem invenerunt, et eam secum navigare rogaverunt; quas VII venientes super Vadan, VI Pisanorum galee, que ad corsum faciendum se ibidem preparaverant in fugam converterunt. Alia quadam in Castilione

20

25

30 existente et fugam cernente, in earum predictarum VI galearum auxilio occurrit velociter. Quibus Ianuensium galeis fere XX miliariis in alto pelago dolose fugientibus, tandem Balduvinus Guercius cum suis, fremens ad bellum faciendum, cum VII Pisanorum galeis conversus est. VII singule Pisanorum galee, prora ad proram Ianuensium galeas percutientes, congresse sunt; cumque diu utrique dubia sorte preliarentur, et ab utraque parte mortui et vulnerati multi essent, tandem Pisanorum VII galee, gratia et virtute Dei, Ianuenses illos vicerunt, et 35 duas meliores ex eis, in quarum una fuit Balduvinus Guercius, cum melioribus Ianue retinuerunt; et ex eis quem plures occiderunt gladio, et reliquas V infugaverunt. Sic Pisas XII kal. Septembris redierunt.

p.40

A.D. MCLXVII, in mense Augusti Pisani audientes quod VII Saracenorum galee de Denia venissent in eorum districtu et maria infestarent, quem citius XVII galeas armaverunt, et post eas usque ad Civitatem Veterem viriliter navigaverunt. Cumque Saracenorum galeas non invenissent? Civitatis Veteris castrum uno fere die fortiter pugnando, pro honore 5 imperatoris Frederici, V idus Septembris ceperunt. Postea per totam Maritimam Romanorum usque ad Terramcinam multas Romanorum naves et havere prendiderunt; et sic Pisas rediere.

A.D. MCLXVII, inductione XV, in mense Octubris. Cum Ianuenses magnum dannum 10 in rebus et personis propter guerram Pisanorum haberent, securitates et pacta cum Lucensibus fecere, ut se contra Pisanos adiuvarent, qui per mare portare Lucenses sicut Ianuenses promiserent, et duas domos in castro Portus Veneris et turrem de Motrone suis sumptibus facere ac levare, et libras mille Lucensibus dare convenerunt. Lucenses, propter odium quod habebant in Pisanos, cum Ianuensibus conventum et pacem fecerunt et adiutorium contra Pisanos dare promiserunt et usque in XXIII annos non facere pacem cum Pisanis nisi

15 utriusque consensu. Ad quem etiam coniurationem Lucenses omnes civitates Tuscie faciendam contra Pisanos invitaverunt, que omnes facere recusaverunt.
A.D. MCLXVII. Coccus Consul legatus pridie nonas madii ivit cum una galea Morelli ad Ammiram Mumini pro facienda pace cum eo et inveniendis et recuperandis hominibus predictarum XII galearum; et pacem toto tempore vite sue cum eo firmavit, et dona magna ei dedit et fondacum in Subilia Pisanis habere concessit, et alia ad honorem Pisanorum pertinentia per totam suam terram largitus est. Predictarum vero galearum homines nullos invenit, preter XXIII or supradictos, quos recuperavit et secum reduxit; qui tercio idus Novembbris Pisas reversus est. Tantus luctus virorum ac mulierum de hominibus in XII galearis peremptis eo die publicus fuit, ut omnes cives a minimo usque ad maiores in propria plangerent domo. Consules vero altera die post planctum ad domum singulorum peremptorum

p.41

in galeis perrexerunt. et tantas eis pro honore reipublice mortuis laudes contulerunt quantas nec alicui vivo unquam egerant, et planctum remanere iusserunt.
A.D. MCLXVIII, indictione XV. Imperator Fredericus Rainaldum cancellarium et archiepiscopum Colonie Pisas direxit, quem Pisani octavo idus Martii honorifice receperunt,
5 et per VIII dies eum tenuerunt, qui in Pisanorum Parlamento fecit iurare quendam capellatum Imperatoris felicem exercitum ab Imperatore faciendum in proxima estate versus Romam, Puliam, Siciliam, et Calabriam, nisi iusto impedimento remanserit. Postea vero Pisanorum Consules eius precepto exercitum in proxima ventura estate versus Puliam, Siciliam et
10 Calabriam facere iuravere, nisi per dominum Imperatorem et iam dictum cancellarium vel archiepiscopum Maghentinum vel iusto impedimento remanserit. Preterea idem Consules papam Pasqualem pro catholico tenere, et ei tanquam catholico obedire, et omnes clericos Pisane urbis idem facere iurare, et archiepiscopum Vilianum non recipere, nisi iamdicto

pape obedire voluerit, et archiepiscopum eligere XII kal. Aprelis, ac domino Pasquali consecrari venturo proximo die Iovis Sancto et Rolando, qui papa Alexander vocatur, non
15 obedire, nec eum pro papa catholico tenere, sacrosanctis evangelii tactis, firmiter promisere.
Archiepiscopus vero Villanus voluntati Imperatoris et pape Pasqualis minime acquievit, immo penitus facere recusavit.
A.D. MCLXVIII. Pisanorum Consules, preceptis Imperatoris et pape Pasqualis obedientes,
Benencasam canonicum Sancte Marie Maioris ecclesie in archiepiscopum honorifice,
20 VIII kal. Aprilis, elegerunt: qui ad predictum antistitem cum duobus Consulibus, scilicet Benetto et Guidone Galli et sapientibus clericis et laicis honorifice perrexit, quem venerabilis Pasqualis cum Cancellario et cardinalibus gloriose recepit, eidemque Sabbato Sancto sacerdotii donavit, et die lune proximiori, post Pasca, in archiepiscopum consecravit:
et sic Pisas cum magno honore X kal. Iunii reversus est.

p.42

A.D. MCLXVIII, indictione XV, Rainaldus cancellarius versus Civitatem Veterem prefectus est, eamque rebellem eum ingenti exercitu obsedit, in qua erat Petrus Lato inimicus Imperii cum XL Romanis: quam cum minime capere potuisset, nuntios suos ad Pisanorum Consules ut ei cum IIII or galeis auxilium festinanter impenderent direxit. Consules itaque
5 desiderium iamdicti Cancellarii adimplere cupientes, VIII galeas cum Guidone de Mercato Consule in eius adiutorium direxerunt; cumque predicte galeas iam dicte Civitati Veteri applicuissent, statim pre timore Pisanorum predicto Consuli et cancellario se reddiderunt. Cancellarius itaque amore predicti Pisanorum Consulis, Petro Lato et ceteris qui cum eo erant Romanis vitam donavit; veruntamen eos in custodia retinuit. Incolas autem predicte Civitatis Veteris, salvos in personis et rebus, ad honorem et fidelitatem Imperatoris atque Pisanorum, 10 eiusdem Consulis amore, sue pietate dimisit, de quo facto Pisani ab Imperatore et cancellario

- magnam laudem et honorem habuerunt. Hoc fuit in mense Madio, XV kal. Iunii; deinde eum triumpho et honore atque victoria usque ad Tusculanum perrexit.
- A.D. MCLXVIII, indictione XV, in mense Madio. Cum Romani audissent Civitatem
- 15 Veterem a cancellario Rainaldo captam atque Petrum Latrum et quod totam terram Romagnie victorioso devastasset et ad Tusculanum pervenisset, eum quadraginta milibus hominum, inter milites et pedites, super eum et Tusculanum devastandum venerunt. Predictus itaque Cancellarius hoc cernens, quod Romani Tusculanum devastare cepissent, die lune post Pentecostem, qui fuit IIIIor kal. Iunii, cum Romanis bellum magnum fecit, cui in bello Cristianus cancellarius in auxilium venit, propter victoriosum imperatorem Fredericum famulum suum exaltandum, illos Romanos rebelles vicerunt. De quo bello quatuor milia Romanorum imperfecta sunt, et quinque milia capta, et vulnerati multi. Reliquos vero usque ad Urbem Romam in fugam converterunt.
- A.D. MCLXVIII. Imperator Fredericus cum papa Pasquali venit Romam XI kal.
- 20 Augusti apud ecclesiam Sancti Petri Apostoli, quem fortissimam turribus menisquemunitam invenit eamque cum Romanis viriliter pugnando cepit, menia, turres et porticus et burgus

p.43

basilice Beati Petri usque ad Castellum Crescenti destruxit, et de Romanis gloriose triumphavit. Post hec Transtiberini et maior pars Romanorum fidelitatem et precepta Imperatoris dolose et fraudulenter iuravere. Die autem kal. Augusti Pasqualis papa in Beati Petri basilica cum Imperatore ac copiosa Romanorum multitudine cum ingenti gloria celebravit. Sed

5 Oddo Fraiapane, qui Alexandrum papam contra voluntatem Imperatoris in cartularia manutenebat, filii Petri Lei atque Corsi precepta et fidelitatem Imperatoris iurare noluerunt, imperator Fridericus suum nuntium ad Pisanos direxit, rogans eos ut sibi velocissime cum VIII galeis auxilium contra Romanos impenderent. Pisani vero, qui magnum stolum L galeraum

10 et XXXV sagittiarum atque aliarum multarum navium, ac copiosam multitudinem virorum,
armorum et victualium magnificentissime ad honorem et servitium Imperatoris et ipsorum
Pisanorum faciendum, versus Romam, Puliam, Siciliam et Calabriam preparaverant, et dictus
navalis exercitus, intrante Augusto, iter movere cuperat, preceptis Imperatoris obedientes,

p.44

velociter VIII galeas Romam cum duobus Consulibus, Teperto Dodonis et Bulgarino Anffossi
et sapientibus Marzucco et Rainerio Gaitani et quampluribus aliis miserunt. Audiens Imperator
quod Pisani citissime venissent, gaudio magno exultavit. Prenominate autem VIII
5 galee navigantes per Tiberim versus Romam, villas et ecclesias devastarunt, et una galea
de predictis cum Consulibus et sapientibus usque ad Romeam ripam prope pontem, cum
vexillis multis erectis aplicuit. Romani videntes hec, pre timore magno ad pedes Imperatoris
se proiecerunt, et omnia precepta et guerram facere Oddoni Fraipane et suis sequacibus,
et fidelitatem iuraverunt, et CCCC obsides, quos Imperator antea habere non poterat, ei dederunt,
et L senatores ex precepto Augusti constituerunt. His gestis, Imperator octo galeas
10 cum gratiarum actione Pisas reverti iussit, et predictum navalem exercitum non venire
usque ad adventum suum faciendum Pisas imperavit. Et sic, XII kal. Septembris, cum
letitia redierunt Pisas.
A.D. MCLXVIII, indictione I, Pisani Consules, XVI kal. Decembris, miserunt legatos
Bulgarinum Anffossi Consulem cum duobus sapientibus Uguicione quondam Lanberti et Ildebrando
15 Banbone ad regem Sicilie, pro pace tenenda cum eo; qui pacem, sicut rex volebat,
minime facere voluerunt.
A.D. MCLXVIII, indictione prima. A temporibus antiquis non fuit visum tam deformis
tempus nec tanta abundantia aquae, quale fuit a medio Septembris usque ad pridie idus
Novembris. Fuerunt enim eo tempore novem maxime aquae inundationes Sarni fluminis,

20 que maiorem partem ville de Putignano, et arcus maximi pontis de Stagno destruxerunt, et eius magnas morellas lapideas inclinare fecerunt. E converso, non fuit memoratum nec visum tam arridum tempus et glaciale, tanta haeris serenitas et tam crudele frigus quale fuit a pridie idus Novembris usque ad XVII kal. Februarii; quod tempus nubem Plaidum que est idus Novembris, et nubem Retrogradi, que est VI kal. Decembris, et nubem Capitis Geminorum, que est XI kal. Ianuarii, quas nubes filosophi evidenti ac probabili experimento pluviales esse periberunt, eo anno fallaces constituit.
A.D. MCLXVIII, indictione prima, mense Ianuarii. Flumen Arni tam fortissime fuit glaciatum, quod copiosa multitudine virorum ac mulierum desuper securissime comeabant, et milites audacter super glaciem equitabant, et iuvenes ludos tabularum et scaccorum et certamina magna libere fecerunt; carri quoque fiducialiter transiebant, et quamplures homines

p.45

a carraria Gonduli usque ad ecclesiam Beati Mathei Apostoli, desuper abierunt. Duravitque glacies a VI idus Ianuarii usque ad XII dies. Eodem anno, die Sancti Melciadis, qui est IIII idus Ianuarii, fuit per totam civitatem Pisanam et Kinticam maximus terremotus cum mugito maximo et inaudito, de quo viri ac mulieres magnum timorem habuerunt.
5 A.D. MCLXVIII, indictione prima. Aimericus Ierosolimitanorum rex, Sinibaldum, virum prudentem, Pisanis civibus direxit, qui civitatem Pisanam ingressus est XII kal. Februarii. Qui, ex parte regis, Pisanis, tamquam amicis precipuis, nuntiavit gloriosam victoriam, quam ei Deus dedit de Alexandria, in quam Saraccone, maior princeps Nuretdini, cum multitudine Saracenorum intraverat, contra voluntatem Meloni Babillonis ad eam manutenendam; in
10 cuius Alexandrine civitatis obsidione Pisani viriliter in auxilium iamdicti regis miserunt Burgensem Consulem cum X galeis; et castella et varia menia machinasque circa ipsam civitatem fecerunt, eamque super alias gentes fortius expugnaverunt. Alexandrini vero videntes

quod potentie regis resistere non poterant, se et civitatem ipsi regi mense Augusto reddiderunt,
Saraccone de civitate fugiente, et predicto regi pecuniam infinitam dederunt. Unde
15 Pisani magnam laudem per totam terram Egypti et Surie super omnes gentes habuere. Rex
autem Molene Babillonie magnam partem diricture, quam Pisani soliti erant in Alexandria et
Babillonia dare, Pisanis donavit. Preterea predictus rex multas possessiones et domos per
totam suam terram Pisanis pro iamdicto servitio largitus est. Quapropter prenominatus
20 rex cum tota sua terra, Pisanos multum exorans ut ipsi pro honore christiane fidei auxilium
Ierosolimitane civitatis, que est caput Christianitatis, impendant. Soldanus enim Persarum
et Nuritdinus, nec non Saraccone fremunt et minantur venire cum multitudine Saracenorum,
ac obsidere Ierosolimam urbem egregiam, Alexandriam ac Babillonem. Sin autem facere non
potuerunt, propter guerram quam habent, omnes qui Ierosolimam ire pro adiutorio et servitio
Dei voluerint, Pisanos ut in suis navibus transferant, modis omnibus flagitat. Pisani vero
25 auxilia, si pacem habere potuerint, promiserunt Et sic ad imperatorem Fredericum et regem Francorum
atque regem Anglicorum predictus Sinibaldus legatus, ut predicte urbi subveniant,
profectus est.
A.D. MCLXVIII, indictione prima. Pisani cives XI galeas armaverunt, que iverunt in
30 Provinciam, et Bulgarinus Anffossi cum VIII galeis pro capiendis Ianuensibus; et pro eisdem
dampnum inferendo, in Garbum navigavit, que VIII nullum Ianuensium ceperunt, nec dampnum
eis intulerunt, quia eos non invenerunt. Undecim vero, que in Provincia navigarunt,
dampnum in havere et navibus usque ad Gradum Mergurii Ianuensibus fecerunt ibique se
separaverunt, VII ibidem remanentibus; quattuor vero alie ad fauces Addi, pro parandis
necessariis, iverunt. Ianuenses autem, hec audientes, repente XV galeas armaverunt, et usque
35 ad Gradum Mergurii navigaverunt; ibique VII predictas Pisanorum galeas in alto pelago

infugaverunt, quibus nichil lesionis facere potuerunt. Ianuenses, considerantes quod nullum detrimentum Pisani facere potuissent, se ad terram quem citius contulerunt, et usque ad Addi, noctu, cause navigaverunt, ibique IIIIor predictas Pisanorum galeas, hominibus in eis dormientibus et nichil sentientibus, cum magno fremitu, nono kal. Madii ceperunt; et sic per totam Provinciam usque Ianuam redierunt. Eodem vero anno, due Pisanorum galee super Saonam navigaverunt; quas Pisanorum galeas due Saonensem galeas bene armate cum alia veniente de Ianua infugarunt, et unam galeam Pisanorum de iam dictis duabus velum collantem, IIIIor kal. Sept., ceperunt, alia evasit.

A.D. MCLXVIII, indictione prima. Luncenses Pisani guerram idus Madii facere incepérunt,
10 sicut Ianuensibus sacramento promiserunt, et eodem die maiorem partem Cose igne
cremaverunt. Postea vero, XVII kal. Iunii, Luncenses bene parati militum, peditum et sagittariorum,
venerunt ad castrum dictum de Asciano, et castrum fortiter pugnaverunt. Pisani
autem, male ordinati et increduli, ad defendendum castrum properaverunt, et cum paucis
15 militibus et peditibus Luncenses in fugam converterunt, et ex eis multi ceciderunt, de quibus
aliquantuli militum et peditum capti fuerunt. Videntes Luncenses quod pauci eos infugassent,
ad bellum viriliter conversi Pisani usque ad castrum et ultra in fugam converterunt et de
eis XX meliores milites et maiores natu et XXXVIII pedites ceperunt, et sic Luncenses cum
magno honore Lucam rediere. Post hec, XVI kal. Aug., Luncenses XII de maioribus et fortioribus,
20 scilicet Lanbertum Maiorem, Sigerium Gualandi, Bulgarinum quondam Uguacionis
Beriti, Gerardum Barattulam filium Ugonis Hodierne, Bonaccursum quondam Marignani Alabarba,
Ugolinum filium Baldicionis Digrignati, Lanbertuccium nepotem Battipalee, atque
Uberum quondam Sicerii Carbonis filium Bonaccorsi de Via Maiore et Silvanum ac
filium Petri Altilie Ianuensem consulibus dedere, qui Ianuam pro captivis duxerunt et eos in custodia
retinuerunt. Unde Luncenses malam famam per totam Tusciam habuere, quia Pisani
25 captos in aliam provinciam transmiserunt.

A.D. MCLXVIII, indictione prima, in mense Iunii. Cum Phylippus cancellarius imperatoris

Frederici esset Luce, et Lucensium et Ianuensium consules rogaret ut ei ducatum amore et fidelitate Imperatoris usque in Provinciam prestarent, et ut auxilium de hoc ei inenderent multis precibus flagitaret: timebat enim ire per partes Lombardie, eo quod rebellis
30 facta erat Imperatori: quod facere recusaverunt propter amorem civitatum Lombardie. Cancellarius vero, de predictorum auxilio diffidens, a Pisanorum Consulibus suffragium dilectione

p.47

Imperatoris postulavit; qui servitium honorifice facere promiserunt; et sic Pisani venit. Consules quidem Pisani, VII galeas ad malam voluntatem Lucensium ac Ianuensium preparaverunt, et Bargiachinus cancellarium cum centum viginti teutonicis inter dominos et fideles, in predictis VII galeis, quibus iam dictus Bargiachinus preerat, gaudenter usque in Provinciam 5 ad locum dictum Frigioli honorice transportavit. Cancellarius itaque ingentes gratias Bargiachino et ceteris Pisani referens, cum magno amore se a predictis Pisani separavit, et cum honore profectus est ad Imperatorem, predicte autem galee intrante Iulio cum gaudio magno rediere.
A.D. MCLXVIII, in mense Octubris. Pisani pro securitate et compagnia quem Ianuenses 10 cum Lucensibus fecerant, compagniam et securitatem firmaverunt cum illis de Vallechia et Versiliensibus et maxima parte Garfaniensium, pro guerra facienda cum Lucensibus: et Pisani cives debent eis dare libras V milia et expensam. Sequenti anno, Ugo de Montemagno similiter compagniam cum Pisani sacramento firmavit, et guerram Lucensibus facere promisit, et Pisani debent ei dare libras CCCCC et expensam.
A.D. MCLXVIII, indictione secunda. Aimericus rex Ierosolitanorum, audiens quod Saraccone cum magno exercitu ad capiendam Babylonem et Alexandriam veniret cum ingenti exercitu, in quo Pisani cum galeis et quibusdam militibus et sagittariis honorifice interfuerunt, mense Octubris, contra eum ivit; et Balbesem et Tenesem civitates ditissimas cepit,
15

20 ex quibus infinita spolia habuit. Rex autem, sciens quod Saraccone cum toto suo exercitu Alexandriam intrasset, Ierosolimam reversus est.
A.D. MCLXVIII. A temporibus Sodome et Gomorre non fuerunt tam miranda et stupenda miracula, qualia evenerunt in insula Sicilie. Pridie namque nonas Februarii, vigilia Sancte Agathe, Captania civitas a terremoto usque ad fundamenta subversa est, et non remansit ex ea nec masculus nec femina. Lintini inter duos montes repente clausa est, et quedam pars Saracose civitatis predicto terremoto periiit, et a predicta Captania usque ad Plassa, XI inter civitates et castella et villas, cum multis hominibus in via et agro oppressis a iam dicto terremoto perierunt. Et Farum de Messana XX palmis funditus siccatum est. Postea vero cum fortuna in locum suum reversum est.

p.48

A.D. MCLXVIII, indictione secunda. Tancredus Vicecomes castrum de Agnano, pecunia a Lucensibus sibi converta, scelleratissime Lucensibus ipso die kal. Marthii tradidit, et eos intromisit. Pisani vero, hec audientes, dolore magno commoti, secundo die, qui fuit dominicus dies carnelevaris, ad castrum iverunt; et, pugnando castrum et muros iam destruendo, 5 Lucenses cum maximo exercitu militum peditum et sagittariorum cum magno impetu in Pisanos irruerunt, et pugnando eos de monte expulerunt et usque ad silicem dictam de Mesano, Pisanos in fugam converterunt, et XVII milites Pisanorum et XXVII pedites ceperunt. Pisani vero de Lucensibus XI milites et XV pedites prendiderunt.
A.D. MCLXX, indictione secunda. Pisani pro dolore et superbia Lucensium et facto

10 Tancredi proditoris de castro de Agnano, duos magnos exercitus militum, peditum et sagittariorum, fecerunt: unum in Versilia ad obsidionem castri de Corvaria, in quo exercitu fuerunt Pisani milites centum de melioribus et pedites atque edificatores, nec non copiosa multitudo Versiliensium et Garfaniensium, cum capitaneis eorum; cui exercitui Guido de Mercato, Pisanorum

15 Consul, prefuit, omnesque ad expensam Pisani Comunis, ad iamdictam obsidionem
steterunt per unum mensem cum manganis et edificiis. Lucenses autem, audientes quod
castrum de Corvaria se defendere non poterat, cum exercitu magno, nono kal. Madii, in auxilium
dicti castri profecti sunt, et per triduum bellum cum exercitu Pisanorum facere recusaverunt.
Interea Pisani, hec audientes, cum alio prenominato exercitu et cum comite Ildebrandino
ad obsidionem castelli de Agnano VII kal. Madii iverunt, et cum manganis in circuitu
obsederunt. Lucenses vero, videntes quod predicta castra a Pisanis defendere non
poterant, pacem per triduum cum religiosis personis, videlicet episcopo de Castello, priore
Sancti Frigiani de Luca, et domino Hospitalis de Trepascio quos secum duxerant ad
dictum castrum de Corvaria, fraudulenter et dolose petierunt; et sic Consul Lucensiumcum
Consule Ianuensium et predictus Consul Pisanorum, cum duobus sapientibus per civitatem,
pacem, sicut ordinate erat, iuraverunt. Quam pacem postea minime Lucenses ac Ianuenses
facere voluerunt.

20 p.49

A.D. MCLXX, indictione secunda, VI kal. Iulii. Miserunt Pisani Consules Gerardum
Cortevekie Consulem legatum ad Regem Sicilie in una galea cum duobus sapientibus, scilicet
Gerardo Barattule et Guidone Galli pro pace facienda: quos Rex Sicilie cum honore
magno recepit, et pacem honorifice cum eis perpetuo firmavit.
5 A.D. MCLXXI, indictione III. Pisani consules miserunt Caronem Consulem et socium
cum una galea legatum in Sardineam, pro concordia facienda cum iudicibus et Sardis, cum
duobus sapientibus, Turchiarello legis doctore, et Guidone Barbette. Qui cum devenissent
ad Plumbinum, videntes unam galeam Ianuensium ducentem navem Pisanorum quem ceperant,
10 in eam viriliter pro eorum nave defendenda et pro bello cum eo faciendo, impetum
fecerunt. Ianuenses vero, cum alias duas galeas ad insidias cause posuissent, predictam Consulis

galeam usque ad Ilbam infugaverunt, eamque ibi tertio kal. Iunii cum predicto Consule et Turchiarelo et Tomasio quondam Uberti Sigerii et aliis, ceperunt.
A.D. MCLXXI, Bulgarinus Anffossi et Morellus Guido Fornarii et Ugo Laggii cum IIIIor galeis super Ianuenses in Sardineam navigaverunt et decem Ianuensium naves ceperunt, de quibus V naves vigilia Sancti Iohannis Baptiste igne cremaverunt, et alias V mercibus honeratas Pisas duxerunt.
A.D. MCLXXI, ind. III. A temporibus Dathan et Abiron, et Sodome et Gomorre, non fuerunt tam miranda et stupenda prodigia, qualia evenerunt in terra Ierosolimitana. Civitas Tripuli, cum magna ecclesia dedicata ad honorem Beate Virginis Marie, cum toto populo;

15 p.50

et medietas civitatis Antiochie, cum ecclesia Beati Petri Apostoli, in qua cathedra eius fuit, et cum aliquantis villis et castellis predictarum civitatum, ipsa sollempnitate Sancti Petri (que est tertio kal. Iulii) a terre motu subverse sunt. De quo terremotu XL milia hominum christianorum et ultra perierunt, et bestie multe. Similiter eodem die Alap, Cesaria, Emma, civitates 5 magne Saracenorum, cum parte villarum et castrorum earum, et Uringa, castrum magnum, a terremotu subverse sunt. De quo terremotu CC milia Saracenorum et ultra perierunt.
A.D. MCLXXI, in mense Septembbris. Gallus Taliapagani et Sigerius Sismundini cum II galeis iverunt in Sardineam super Ianuenses. Illis autem super Arboream navigantibus, unam navem Ianuensium ceperunt, et duas alias; et sic Pisas redierunt. Eodem anno, indicatione 10 IIIIor, in mense novembbris, Henricus Giracecina et Bellomo et Corciolinus cum tribus galeis in Sardineam super Ianuenses iverunt, et unam navem venientem de Ianua ceperunt, et unam aliam Ianuensium et Lucensium venientem de Sicilia.
A.D. MCLXXI, indictione IIIIor, in mense Novembbris, Pisanorum Consules, scilicet Guittone Vicecomes, Sigerius Malpili*i*, Sigerius q. Ildebrandi Vicecomitis, Ardecasa, Vitalis

15 Gatte Blance, Pane et Porro, Ubertus quondam Sigerii Carbonis, Malpilius Archidiaconi,
Guinithellus quondam Sismundi fecerunt exercitum magnum militum, peditum et sagittariorum,
in quo exercitu fuerunt milites fere duo milia. Qui exercitus de Pisana urbe super
castrum Lucensium et Ianuensium positum in litore maris prope Motronem, et ipsum castrum
dictum Motrone, XV kal. Decembris, egressus est, et ultra Caput Cavalli in litore maris
20 Pisani, papiliones et tentoria posuerunt. Licenses vero, hec audientes, cum magno exercitu
militum, peditum et cum copiosa multitudine sagittariorum, pro predicto castro defendendo
et bello faciendo, ad turrem ligneam positam super viam dictam Reggiam venerunt. Que
turris satis fortissima et tutissima nature loci erat; et ab inde usque ad litus maris Licenses
25 cum magno vigore castrametati sunt. Interea consules Florentini et alie religiose persone,
pro componenda pace et concordia inter utramque urbem facienda, se interposuerunt, et de ea
facienda per IIII or dies tractaverunt. Sed Licensibus de victoria confidentibus pax displicuit.
Pisani autem de pace *non* confidentes, se ad bellum preparaverunt, et in tres acies

p.51

exercitum diviserunt in prima acie fuerunt pedites omnes et sagittarii et milites octingenti,
et sex castella lignea fortissima quorum unumquodque quattuor curribus deferebatur; in
qua acie comes Ildebrandinus, miles signifer et capitaneus extitit, et Sigerius quondam
5 Uguacionelli Gualandi, miles probatissimus, similiter signifer fuit. In qua acie comes Albertus
de Prata miles fortissimus interfuit. In secunda vero acie Ugo Belle, miles egregius, vexillifer
fuit: in qua fuerunt milites DCC, inter quos fuit comes Gerardus vir equestris et Rainerius
comes et Ugo comes et comes Tedicius de Bizerno et Uguicio et Tegrimus comites de
Cornino. In tertia quidem acie, Henricus Canis, miles strenuissimus, similiter vexillifer fuit:
10 in qua fuerunt milites D, inter quos fuit nobilis militiae episcopi Vulterrani. Nunquam adhuc
Tuscie copie in unum neque maiores neque melioribus ducibus atque militibus convenerant.

Uno itaque concursu utreque acies Pisanorum et Lucensium ingenti contentione dimicaverunt.
Cumque dubia sorte utriusque preliarentur, tandem virtute Dei, qui exaltat humiles et deponit
superbos, Pisani VI kal Decembris, qui fuit die Iovis, de Lucensibus et Ianuensibus gloriosam
meruerunt victoriam; illos vicerunt et in fugam usque ad predictam turrem ligneam converterunt,
de quibus fuerunt capti milites plus CCC, pedites ultra DCC, cum tribus consulibus.
Multi plures Lucenses capti fuissent, nisi se Pisanos magnis vocibus in prelio aclamassent.
Multi vulnerati, occisi quam plures; in paludibus perierunt multi; dextrarios amiserunt fere
M, inter ronsinos et mulos perdiderunt ultra M et innumerosa multitudo asinorum a civibus
Pisanorum capta fuit. Vexilla, scuta, lorias et arma quam plura, papiliones, tentoria omnia
et castra et spolia omnia Lucensium victoriosi Pisani cuperunt. Nec dubium est ultimum
illum diem Lucane civitatis fuisse, si Pisani ad Lucenses devictos et infugatos capiendos
divertissent. Eodem vero die belli, Ianuenses cum una galea, videntes victoriam quam Pisani
habuerunt, cum magna tristitia abierunt. Altera vero die, predictam turrem ligneam pre
[segue una lacuna di un fo. nel cod. P. che viene da noi sostituita benissimo col fo. 95 del. c. A
che traduce l'originale del Maragone]. L'altro dì seguente e' Pisani preseno la dicta torre di
legno, et delle selve, et de paludi per tutto quel dì assai homini, arme, et cavalli cavorono,
et il terzo dì che fu alli 28 dì di novembre andorono e' Pisani al castello di Motrone con
mangani castelli di legno et gatti et prederii et quello circondonno et assediorno, et con
le predicte macchine per 4 giorni virilmente combaterno. El qual castello era in su la riva
del mare cinto di fossa intorno et quadrato, et per ciascheduno canto haveva una torre fortissima
et in nel mezzo del castello alta 60 cubiti o piu la quale hornava tutto il castello et in
quello erano octanta combattitori, in fra li quali erano vinte balestre. Et avendolo combatuto
lungo tempo, et fortemente, et quelli di drento non potendosi più tenere, sapendo il muro
esser sotto dal gatto, et la torre rotta da manghani, finalmente alli 2 dì di dicembre si areseno

à Pisani, i quali per tre dì lo guastorono, et destrusseno et spiagnorno (*sic*) fino a' fondamenti.
Li Genovesi, doppo la guerra predicta facta, venneno con cinque galere al detto castello,
et veduto la dextrusione di quello con duplicato adolor et tristitia si partirono. Et li Pisani
con trionpho ritornando à Pisa, in nel loro ritorno abrugiorno la torre di legno soprascritta.
5 Mai certamente da cento anni in qua fu visto nè odito una guerra campestre tanto bene
ordinata qual fu quella che feceno e nobili pisani con li Luchesi. Nè tal victoria fu vista nè
odita, quale la sopraditta che e' billicosi Pisani et victoriousissimi de Luchesi, et de Genovesi
hebbero. Et così con grande gaudio et laude alli 4 dì di dicembre ritornorno a Pisa, della
quale victoria, Signore non a noi, Signore, ma al nome tuo sia laude gloria et honore per
li infiniti secoli de secoli. L'anno 1172 indictio 4. Doppo la gloriosissima victoria per
10 li Pisani contro li Luchesi apresso la via regia otenuta, la rocca di Corvaria [*ora si riprende*
il testo latino] victoriousum bellum a Pisanis contra Lucenses apud Viam Regiam factum,
Rocche de Corvaria a nobilissimis et bellicosissimis Pisaniis et a Versiliensibus et Vallechiensibus
et Garfaniensibus per VI menses cum magno vigore et districte obsesse sunt, ita quod
15 nulla victualia inimici eorum potentia intromittere poterant, ante enim VIII dies essent capte
vel redditte Pisanis. Lucenses vero et Ianuenses, scientes quod per suas vires ad arces succurrere
non poterant, consilium malignantium habuerunt, ut quod suis viribus agere nequierunt,
pecunia et scellere et periurio illorum de Vallechia et Versilia et de Garfagnana contra
se ipsos et Pisanos scelleratissime adimpleverunt. Sed illa avaritia que captivavit Iudam,
20 captivavit illos iniquos proditores de Versilia et Vallechia: exceptis Gerardo de Vallechia
nobili milite, qui in fide stetit et Pisas cum uxore et filiis et familia venit habitare, P. Corso
et filiis Veltri, et quibusdam de Garfagnana. Recte quidem Versilienses dicti sunt, quasi
vertibiles: omnia enim vertunt et convertunt, et credunt pretio honesta fore. Huius autem
traditionis scelleris et periurii capitanei fuerunt: Ramundinus quondam Guilielmi de Garfagnana
25 iudex, Parente et Bonone cum filiis de Vallechia. Tale namque factum a seculo

non fuit auditum, quondam ipsi qui vicerant suos inimicos, se victos victis inimicis reddiderunt. Pisani autem qui ibi aderant, milites et pedites et sagittarii, cum edificatoribus, pridie kal. Madii redierunt.

A.D. MCLXXII. Lucenses et Ianuenses pro dedecore et dolore quem habuerunt de castro de Motrone funditus destructo a Pisanis, unam turrem in litore maris ad Viam dictam Regiam mense Madii construere inceperunt. Lucenses et Ianuenses pro dolore castri de Motrone, et Victoria et triumpho quem Deus Pisanis dederat, magnum exercitum terra et mari militum et peditum, magniloquis linguis per iniuriosa et alta verba, super Pisanos indexerunt, Ianuenses enim a Barcellona usque in Lombardiam auxilium petierunt et IIII or milia militum Lucensibus dare promiserunt, et Lucenses debebant habere similiter IIII or milia, et totum Pisanum comitatum destruere, et castrum de Ripafracta obsidere combinabantur. Et iam dicti Ianuenses navalem exercitum magnum facere fremuerunt, et totam maritimam Pisanorum vastare vanis vocibus minati sunt, unde nichil fecerunt, et defecerunt ut psalmista ait: "scrutantes scrutatione". Lucenses vero et Ianuenses, omni predicto auxilio destituti, ad

p.53

civitates demum Tuscie iverunt, exstimate illas pecunia fore corrumpendas, et ab eis adiutorium contra Pisanos petierunt. Comes itaque Guido et Senensis civitas et Pistorium, cum Lucensibus et Ianuensibus, super Pisanos esse magnis securitatibus promiserunt, et Florentinos in securitatem similiter receperunt. Sed Lucenses illos, propter securitates comitis Guidonis que sibi adversabantur, dimiserunt. Pisani autem, hec considerantes, consilium habuerunt, et cum Florentinis pacis fedus et compagniam conposuerunt, et guerram omnibus inimicis Florentie, et Florentini omnibus inimicis similiter Pisanorum, usque ad XL annos, multis pollicitationibus undique factis, firmaverunt. Et Pisani eis dederunt medietatem Lucane monete et duas domos super pontem Arni, et aliam domum in civitate, ad honorem et salvamentum

10 utriusque urbis; et ipsos Florentinos, sicut Pisanos, per mare portare et salvare.
Predicta autem pax et compagnia Pisanorum et Florentinorum composita fuit mense Iulii,
et sic Pisani eodem anno terram et totum comitatum et mare cum vigore tenuerunt
A.D. MCLXXII, indictione IIIIor. Pisani tres galeas armaverunt, quarum gomites fuerunt
Guido Fornarii et Rubeus de Burgo et Ugo Laggius, que per districtum Ianuensiurn navigaverunt,
et multas naves minimas et magnas ceperunt, et quasdam ex his igne cremaverunt;
illis venientibus super Gradum, duas magnas naves prehendiderunt, unam combusserunt, aliam,
missis ibidem quibusdam marinariis, Pisas direxerunt. Et sic Pisas cum honore et quibusdam
Ianuensibus, predicta nave in alto pelago dimissa, redierunt.
A.D. MCLXII. Indictione IIIta. Nobiles viri de compagnia Deciauriera dicta, unam
20 galeam viriliter armaverunt, et prope Ianuam navigaverunt, et naviculam unam venientem de
Corsica ceperunt. Morantibus illis super Portum Dalfini, per quemdam bussum quem prehendiderunt,
Ianuensibus nuntiaverunt, dicentes se bellum cum una eorum galea melius et fortius,
quem ab eis armari potuissent, facere velle: sed Ianuensibus bellum displicuit. Navigantibus
illis super Ilbam, unam galeam Ianuensium bis infugaverunt, illis vero redeuntibus de partibus
25 Gaete, magnam predictam navem, quam predicte tres galee ceperant, invenerunt, et ei auxilium,
illa rogante, prebuerunt. Navigantibus illis super Porcos, due galee Ianuensium prope auroram
impetum super eos fecerunt, et cum eis viriliter pugnaverunt. Tandem, virtute Dei,
Pisani ipsa die Decollationis Sancti Iohannis Baptiste, que est tertio kal. Septembris, ipsos

p.54

Ianuenses vicerunt, et unam galeam Ianuensium de iamdictis duabus galeis cum hominibus
prehendiderunt et navem ab eis cum magno vigore defenderunt; et sic Pisas ipso die kal.
Septembris cum honore redierunt.
A.D. MCLXXII, indictione v. Pisani tres galeas armaverunt, quarum capitanei et gomites

5 Gallus Taliapagani et Iacobus quondam Rambotti Cerini, et Albericus Pasce Mosca
fuerunt; et usque in Sardineam navigaverunt, et duas naves Ianuensium super caput Albi
in alto pelago viderunt, unam de Callari et aliam venientem de Bugea, ad quas viriliter
iverunt, et eas fortiter pugnando prehendiderunt: que naves plus IIII milibus librarum
valuerunt. Et sic Pisas cum navibus et havere et L Ianuensibus, VIII kal. Novembris, redierunt.
10 A.D. MCLXXII, inductione v. Legati videlicet Albertus quondam Bulsi Consul, Burgundius
iuris prudentissimus atque Marcus comes, quos Pisani ad imperatorem Constantinopolitanum
mandaverant, quos Imperator cum magno honore recepit, et eis antiquum pactum
et conventum quod fuerat inter patrem ipsius et Pisanos complevit et firmavit; et Pisanos
15 quos de Constantinopoli expulerat, in Constantinopoli honorifice remeare fecit, et scalas
quas Pisani ibi habebant, in melius reformatas Pisanis restituit, et solemne totum quod per
XV annos tenuerat prefatis legatis in integrum restituit, quod sollempne erat bizantii D et
palia duo per annum, et bizantii XL et pallium uno archiepiscopi per annum, qui fuerunt
inter omnes octo milia CCCC bizantii et pallia XLV, Pisas cum tribus legatis Imperatoris,
iuris sapientibus, Theodosio, et aliis duobus cum magno honore V idus Novembris redierunt.
20 Qui per annos tres et dies tres steterunt; et in publico parlamento Pisani pacem cum iam
fatis legatis Imperatoris Idibus Decembris sequentes, die Sancte Lucie, iuraverunt et firmaverunt.
/*
A.D. MCLXXII, mense januarii. Cristianus Maghentinus archiepiscopus, legatus in Italiam,
rogatu et suasione et precibus Lucensium et Ianuensium, de Alemania venit Ianuam

p.55

et deinde venit Lucam. Postea tertio nonas Februarii, venit Pisas, ibique magnifice receptus
est, deinde ad Burgum Sancti Genesii perrexit, convocatis et coadunatis ibidem Consulibus
Pisanorum et Florentie et Lucensium et Ianuensium, petiti ab eis ut totam discordiam

que inter eos erat in eum sine omni conditione ponerent, et captivos quos habebant ei darent.
5 Lucenses et Ianuenses in iamdictum legatum totam discordiam sine omni conditione posuerunt
et iuraverunt. Pisani vero de captivis ei sine conditione dandis, consilium postulaverunt,
et ipse XX dierum industias pro consilio ei tribuit. Consilio habitu a Pisanis de non dandis ei
captivis sine pace, iam fatus Cristianus in generali curia contentionequa Pisanos disbannivit
10 et diffidavit, et privilegia monete, et Sardine insule et omnia privilegia Pisanorum cassavit,
sicut potuit. Interea homines de castro Sancti Miniati iuraverunt Florentinos et Pisanos
adiuvare et cum eis semper esse, salve fidelitate Imperatoris.
A.D. MCLXXIII, indictione v. Comes Ildebrandinus pro iniuria quem ei fecerat
Bernardus Stratume de pecoribus Garfaniensium sue fidantie custodieque commissis, magnum
exercitum pro eis recuperandis contra eum preparavit, et auxilia a Pisanis petiit, et Pisani
15 CLX milites cum sagittariis et edificatoribus honorifice in eius auxilium mense Iulii direxerunt,
et ad predicti Bernardi castrum tutissimum, dictum Cirisano, obsidendum cum toto exercitu
iverunt; et cum illud viriliter cum edificiis pugnarent, tandem ad deditioem comiti Ildebrandino
illud cogerunt; quod comes suscepit et tenuit.
A.D. MCLXXIII, indictione V. Considerante archiepiscopo Maghentino illud quod de
20 Pisanis et adversus eos statuerat, et malam famam, que per totam Italiam de se insonuerat,
Pisanos in generali parlamento a banno absolvit, et in omnem plenitudinem prioris status,
et nominatim monete et totius Sardine et omnium privilegiorum Pisane civitatis et comitatus
V kal. Iulii restituit, et in suam gratiam et benivolentiam eos reconciliavit. Et sic Pisanorum
consules precepta eius de pace tenenda iuraverunt.
A.D. MCLXXIII. Iam fatus Cristianus archiepiscopus, ipso die kal. Iulii, venit Pisas,
25 et secundo die in magno Pisanorum parlamento cum consulibus Lucensium et Ianuensium
eorumque sapientibus interfuit, et Florentinorum consules cum eorum sapientibus in eodem

conventu magnifice interfuerunt, quibus precepit ut pacem firmam inter se et eorum coadiutores tenerent; si aliquam offensam inter se facerent, infra XL dies precepit emendari, et illud idem Consules Pisanorum et Florentinorum, et Consules Lucensium et Ianuensium in eodem parlamento preceperunt et firmaverunt et dictus Cristianus mille homines per singulam civitatem pro pace firma tenenda iurare fecit, et duos homines per [colmiamo la lacuna del fo.78 del cod. P col f.99 del cod. 105(A)] tener ferma la pace fece giurare et per ciascuna citta ellesse due homini, e quali giurorno tutte le discordie che infra le dette città diffinire, et lui per sue sententia promisse terminare. Et per mantener ferma detta pace 100 soldati de migliori de Luchesi, e quali dicti Pisani tenevano in carcere prigioni, per comandamento di detto Christiano, furono mandati a Fiorenza et e' Luchesi 25 cavalieri et 50 pedoni de pisani, che loro havevano in carcere, per commissione di esso Christiano mandonno a Pistoia. Fatti et finiti e sacramenti della detta pace, el predetto Christiano arcivescovo e' consoli delle dette città con alcuni savi comandò che al borgo di S. Genesio si dovessero trovare per componere la detta pace et udire la sua sententia. Et essendosi al detto borgo di S. Genesio radunati et della pace tractando, Christiano arcivescovo fraudolentemente et con inganno, secondo che con e' Luchesi haveva cogitato, et di fare la pace et di rendere e prigioni et di dar loro il castello di Santo Miniato, per molti danari haveva promisso. Gualfredo di Ildebrando di Mele, consolo de Pisani, Sigieri Gualandi, Pietro di Albitone, Truffa già di Vernaccia, Guidone di Marignano et il figlolo di Vernagallo et il figlolo di Buttaro, et Giovanni di Donato consolo de Fiorentini cum quattro savi a dì 4 di agosto fece prigioni, et con catene di ferro li legò et li misse in carcere.
L'anno 1173 indictio 5 e' Pisani, havendo inteso et sapendo tanta sceleratessa et peccato contro di lor commesso per il detto Christiano, a gran dolore et ire commossi grande exercito di Cavalieri fantaria et sagittari per recuperare e dicti sue cittadini feceno et per defensione del loro contado, et di là dal Pontadera piantonno le trabacche et e'padiglioni.

Imperochè Christiano ancora lui haveva congregato grande exercito di cavalieri,
fanti et sagittari de Luchesi, Pistoresi.
Senensium et comitis Guidi pro devastanda Pisanorum terra preparaverat, et Florentini
cum exercitu suo similiter usque ad castellum dictum Florentinum venerunt, ibique castra
metati sunt. Interea dictus Cristianus ad castrum Vetrignanum, quod Comitis Gerardi erat,
equitavit et XVII kal. Septembris illud fortiter pugnando superavit et cepit, denique illud
igne combussit, et contra Florentinos illico equitare et bellum cum eis facere minabatur.
Pisani, hec audientes CCXXV milites in auxilium Florentinorum, cum duobus consulibus, scilicet
Benecto et Albitthello, miserunt, unde magnam letitiam Florentini habuerunt; auxilia
enim que expectabant et se habere dicebant, minime habere potuerunt. Cumque postea

30 p.57

Cristianus cum Florentinis et Pisanis bellum facere dubitasset, Florentinorum consilio factum
est, ut Pisanorum exercitus de loco in quo erat secederet, et ad Lucensium terras devastandas
victoria vexilla converteret. Revertentibus Pisani cum exercitu, Lucensium terras XV kal.
Sept. intraverunt, et ex utraque parte fluminis Sercli totam terram Lucensium ab Aquilata
5 usque ad Pontem Sancti Petri devastaverunt et igne cremaverunt, et bestias multas et spolia
inde astraxerunt. Lucenses scientes dedecus quod passi erant et timentes de civitate, a
Cristiano se separaverunt, et quem *citius* Lucam redierunt, unde Cristianus magnum dolorem
habuit. Pisani vero, hoc audientes, se ad bellum preparaverunt, et in duas acies exercitum
diviserunt. In prima acie militum Marzuccus Gaitani vexillifer fuit, et Bernardus filius Bonaccorsi
10 de Buriano. In secunda Albertus Bulsi signifer fuit, et sic usque ad Pontem Fiessi
insultum fecerunt, et super ipsum pontem bellum cum Lucensibus XIIIII kal. Septembris fecerunt,
et illos pugnando vicerunt, et ex eis IIII or milites et VIII pedites ceperunt, et multi in
flumine Auseris fugientes se iactaverunt, et quidam ex ipsis ibidem perierunt, et sic Pisas

15 cum triumpho alia die redierunt. Cristianus archiepiscopus et Lucenses, pro honore et victoria
quem Deus dedit Pisanis, miserunt comitem Guidonem cum Lucensium consule et CC milibus
ad devastandam Rapidam et Pontem Here. Illustres et nobiles milites Opithingi cum Vicariensibus
et aliis de Calcinaria fuerunt obviam eis, et cum eis bellum fecerunt, et gratia Dei,
V kal. Septembbris, illos vicerunt, et usque ad castrum Montis Calvuli eos infugaverunt, de
quibus ex utraque parte vulnerati et occisi quem plures fuerunt, et dextrarii multi occisi
et vulnerati, et unum militem de Lucensibus ceperunt, et quidam alias Lucensis miles in
flumine Arni necatus fuit.
A.D. MCLXXIII, indictione v. Capitanei de Garfagnana, coadiutores Pisanorum, ordinaverunt
cum filiis Ubaldi de dando castro dicto Monte Gravente et Bozano Pisanis: et
de tradenda eis et danda eis turre linea edificata ad viam dictam Regiam, multa pecunia
dictis Ubaldi filiis promissa et conventa magnis securitatibus, quod cum in dictum Montem
Gravente et Bozanum voluntate predictorum filiorum Ubaldi intrassent, prefati Garfaniensium
capitanei pro Pisanis, ut in eorum auxilium venirent, et iam dicta castella et turrem
de mari acciperent, sicut excogitaverant, mandaverunt. Pisani, hec audientes et scientes,
quem citius cum militibus, peditibus et sagittariis ad turrem de mari XVI kal. Octubris,
equitaverunt. Consilio enim eorum hoc agebatur, et dictam turrem et alia menia fortiter
pugnaverunt; non enim illam habere potuerunt ut excogitaverant. Cumque Lucenses hec
audissent, et consilium totum iam percepissent, cum magno exercitu militum, peditum et sagittariorum
pro predicta turre succurrenta iverunt; et ibidem infra menia castri turris dicte,
et etiam ultra fossatum, bellum magnum Pisani cum eis inceperunt, una galea Ianuensium
ibi existente et eis auxiliante, et fere per totum diem donec Pisani pugnare voluerunt, certamen
et campum viriliter tenuerunt, et cum volebant, egregie certabant. Cuius belli Henricus

- Canis, Marzuccus Gaetani et Albertus Bulsi, nobiles cives Pisani, vexilliferi fuerunt: de quo
bello VII Lucensium milites capti fuerunt, et duo interficti, et dextrarii XX capti, et ab utraque
parte occisi quem plures et vulnerati; de Pisanis autem milites tres capti fuerunt. Eodem
die, Pisani cum laude Pisas redierunt. Altera vero die, incole predictorum castrorum et
consortes, nomine castella Lucensibus reddiderunt, et illi Monte Gravente igne cremaverunt,
et Bozanum retinuerunt.
- A.D. MCLXXIII. Ianuenses occulte cum octo galeis et manganis iverunt in Planosam,
et obsederunt castrum de Planosa, et cum illud cum predictis meniis oppugnarent et capere
per vim non valentes, tandem incole timentes *devastationem* terre, pro honore Ianuensium,
se Ianuensibus XVI kal. octubris reddiderunt, qui eis magnis securitatibus promiserunt nullum
dapnum nec in personis nec in havere facere: qui minime observaverunt, immo castrum
usque ad fundamenta dexstruxerunt.
- A.D. MCLXXIII, mense Octubris. Pisani tres galeas armaverunt et per insulas Corsice
et Sardine navigaverunt, et duas naviculas Ianuensium ceperunt. Ianuenses, hec audientes,
V galeas armaverunt, et post predictas Pisanorum galeas navigaverunt, et eas in portu Sancte
Lucie nocte invenerunt. Pisani vero putantes plures galeas esse, relictis galeis, in terra satis
vilissime fugierunt, quas galeas Ianuenses ceperunt, et sic cum triumpho Ianuam redierunt.
- A.D. MCLXXIII. Indictione VI, mense Decembri. Cristianus cancellarius, cum magno
exercitu militum et peditum et sagittariorum Senensium et comitis Guidi, ad devastandam
terram comitis Ildebrandini perrexit, et duo ipsius castella cepit. Quod Pisani audientes,
citissime CL milites cum sagittariis preparaverunt, et in eius auxilium viriliter direxerunt.
Predictus Cancellarius, sciens Ildebrandinum comitem satis habundanter ad pugnam *pararatum*,
pugnam facere recusavit, et cum toto exercitu suo exivit de terra dicti comitis, et in
districtu urbis Rome profectus est: unde Pisani magnam laudem habuerunt.
- A.D. MCLXXIII, mense Decembri. Filii Veltri et Iafferrus fecerunt pacem et securitatem
cum Lucensibus et iuraverunt facere guerram Pisanis cum tota eorum fortia, multa

pecunia eis a Lucensibus promissa; et Lucenses iuraverunt eis destruere roccas de Corvaria.
Lucenses vero, cum predictas roccas destruere cepissent, Curradus dictus Iamferri et filius,
cum quibusdam suis fidelibus, satis ingeniose satis cause *turrem* novam predictarum roccarum
30 Nonis Ianuarii recuperavit, et intravit expulsis inde Lucensibus. Pisani hec audientes, cum
una galea et buthis iam dictam roccam cum edificatoribus eam succurrerunt, et eam variis
machinis munierunt, et sic eam viriliter tenuerunt, unde Lucenses magnum dolorem habuerunt.
A.D. MCLXXIIII. In consulatu Ruberti quondam Petri Pagani, et Gaitani Burgundionis
et sociorum, novem galee, pro guardia facienda, nove facte fuere, et in eorumdem
35 consulatu quidam ex nobilibus Pisanorum civibus galeas super Ianuenses viriliter armaverunt;

p.59

et VI magnas naves Ianuensium sine aliis minutis prendiderunt cum maximo havere.
Eodem anno, dicti Consules comitem Gerardum et magistrum Rubertum, sapientes viros,
legatos ad imperatorem Fredericum direxerunt, pro iniuria, quem Cristianus archieписcopus
5 Pisanis intulerat, et timentes ne aliquod contrarium de pisano populo, *ab ipso* archieписcopo
vel alio imperatori nuntiatum fuisse. Quos Imperator magnifice recepit, et ad propria
cum gaudio et sue bona voluntate remisit. Eodem anno, iam fati Consules, VI idus
Iulii, miserunt Tepertum Dodonis virum probum, legatum in una galea ad regem Maiorice
pro facienda pace cum eo. Rex vero, quia hanc legationem desiderabat, honorifice eum
cum suis recepit, et pacem ad eius et Pisanorum voluntatem fecit, et eo per Provinciam revertente,
10 magnas iniurias Ianuensibus intulit naves eorum capiendo, et in profundum maris
demergendo, et sic Pisas cum laude, XVII kal. Septembris, reversus est.
A.D. MCLXXIIII. Cristianus, cancellarius imperatoris Frederici, qui multa male Tuscis
intulit, a kal. Aprilis usque ad medium mensem Octubris, Anconensium civitatem cum magno
exercitu militum et peditum, et quadraginta galeis Veneticorum, obsedit; in qua legatus

- 15 imperatoris Constantinopolitani cum multa pecunia pro eius auxilio erat; et ad tantam penuriam civitatem coegit, ut canes et gattas et coria mortuorum animalium comederent. Considerato predicto legato Constantinopolitani imperatoris Anconenses civitatem defendere non posse, de civitate egressus est, et magnum exercitum quem citius preparavit, et dictum cancellarium ab obsidione expulit.
- 20 A.D. MCLXXIII, indictione VI, V idus Augusti. Campanilis Sancte Marie rotundus fundatus est. Sequenti anno, factus gradus unus in circuitu.
- A.D. MCLXXIII. Magna fames per totum annum et plus fuit et grandis penuria.

p.60

- Vendebatur sextarium grani a sex sol. usque in octo et in XVIII, sextarium milii a solido in VII et in XII, fabarum a solidis IIII*or* usque in VI et in X, sextarium pesorum a sol. V usque in VIII, ordeum a sol. IIII*or* usque in X, sagina a triginta duobus denariis usque in IIII*or* et VIII solidos, spelta sol. IIII*or*, ciceri a sol. IIII*or* usque in VIII, castanee a sol. VI usque in XII, barilis vini a quattuor sol. usque in VIII et in XV, libra olei a sol. III usque in V, libra mellis a sol. III usque in XI, libra argenti lib. VII, miliarium variorum lib. XLV, parium pellium variorum libr. VII et XII; parium pellium coniculorum sol. LX et C. Canna scherlatti libras V et in VIII, libr. piperis sol. II, libr. cere den. XVI: et sic per ordinem suo genere queque alia vendebantur.
- 5 A.D. MCLXXV, indictione VII. In consulatu Cerini iudicis, et Amithi Vicecomitis et sociorum, facta est pax et securitas cum comite Machario et filiis eius, et cum illis de Sancto Miniato; et Pisani et Florentini homines Sancti Miniati, qui erant dispersi in castrum Sancti Miniati honorifice restituerunt. Unde Lucenses magnam habuerunt tristitiam. Eodem anno, Tepertus de Glacia, magna progenie ortus et Pisanus civis, instigatu diaboli, pridie 15 kal. Aprilis, laqueo se suspendit.

A.D. MCLXXV, indictione VII. Supradicti Consules, mense Madii, miserunt duas galeas
in Sardineam cum duobus Consulibus, Pane et Porro videlicet et Carone, et sapientibus
pro ea recuperanda, quia Ianuenses partem Sardine invaserant, et eam recuperaverunt. Iudices
omnes et Sardi pacem cum Pisanis fecerunt, et omnia precepta Pisanorum Consulum, et
omnia deveta a Pisanis Consulibus facta et inposita, et Pisanos sanos naufragosque salvare,
sacrosanctis evangeliis firma tenere et observare iuraverunt. Hec audientes, Ianuenses sex
galeas armaverunt, et usque in Sardineam supra Bosam navigaverunt, et Pisanorum galeas
predictas revertentes, in fugam converterunt; et unam ex eis in mari cum hominibus XVII
kal. Iulii, die Sancti Viti, cepere. Alia vero cum iam dictis Consulibus et sapientibus Pisas
rediit. Parum autem antea, Ianuenses cum VI galeis unam magnam navem novam quam
Pisani in Gaulo, sub fidantia marchionis, fecerant, cum eodem marchione, rupto fidantie
federe, cremaverunt.
Eodem anno, Romanorum legati, X kal. Septembris, Pisas venerunt pro confirmando
pace cum Pisanis; quem comes Gerardus et Ugo Rolandi iudex, legati Pisanorum, cum
eis amicali conventione composuerant, et sic pax firmata est.

A.D. MCLXXV. Due Pisanorum galee, mediante Madio, navigaverunt in Provinciam,

p.61

et duas naves magnas, unam de Alexandria et aliam de Septi venientes cepere, et alias
quam pluras naviculas prendiderunt. Item eodem tempore, alie tres Pisanorum galee in
Provinciam iverunt, et multa male Ianuensibus intulerunt, et unam navem de Septi venientem
ceperunt, Ianuensibus ad terram fugientibus, cuius navis havere plus tribus milibus libr.
valuit; et sic Pisas cum navibus et havere, mense Iunii, rediere. Item in mense Iunio alia
quedam Pisanorum galea navigavit in Provincia, et unum magnum galeotum venientem de
Sancto Egidio, multis et magnis pannis et caris honeratum cepit.

A.D. MCLXXV. Quedam Pisanorum piratarum galea, que dicebatur fuisse Gerardi
Marcusci, et transfretavit in Provinciam. Marsilienses cum quibusdam Ianuensibus, qui in
10 Marsilia cause negotiandi erant, scientes de predicta galea, illico duas galeas armaverunt,
eamque in fugam converterunt, et sic ipsam, cum non posset de manu eorum evadere, in alto
pelago, die decollationis Sancti Iohannis Baptiste, ceperunt.
A.D. MCLXXV. Rex Guilielmus Sicilie misit exercitum magnum in Egiptum super
Alexandriam, in principio Iulii, qui exercitus fuit CL galearum et L dermonum pro equis
15 portandis, ubi fuerunt milites mille, et multi sagittarii et multi balisterii et multa edificia;
qui cum applicuerunt ad portum Alexandrie in eodem portu invenerunt unam navem Pisanorum
venientem de Venetia, quam pren[diderunt].
*[Il Cod.352 (B) dell'Archivio di Stato di Pisa ci dà il modo d'integrare quasi del tutto
l'originale della cronaca del Maragone, per quello che si riferisce al contenuto dei fatti narrati da
lui dal 1175 al 1182 e poi continuati dal figliuolo Salem, come e detto nella prefazione,
sino al 1292].*
Genovesi vennero di notte contro di loro, et preseno la galera di Vitello in nel
mese di giugno, et l'altra galera se ne tornò a Pisa. Item Marabotto con dua galere ando
in Provenza, et essendo giunto supra Miglia trovo una galera de Genovesi et la preseno, ma
25 li homini che erano in la città vedendo questo, tanto e' cavalieri quanto e' pedoni, montando
sopra dua loro galere difeseno et liberonno la nave, preseno la galera de Marabotto del mese
di luglio, et l'altro ritornò a Pisa.
Fatte queste cose, l'anno del Signor 1176 nel mese di luglio e' legati de Pisani
30 Marzucco console, el conte Gheraldo, Hormanno Paganelli, Gherardo Bulgarelli et Alcherio
Anfossi ritornonno allo Impera. con la risposta della pace, sì come l'Impera. li haveva
comandato insieme con li altri legati delle città, et l'Impera. comando loro che giurasseno
di far la pace, sicondo che sua maestà li comanderebbe. Et e' legati giurorno
alla volontà dello Impera. Et l'Impera comandò loro che tenissino pace et tregua infino

alla Natività del Nostro Signore, et se si facessino alcuna offensione in ispazio di questo tempo, promissero infra di loro emendarla et chiascuna città facesse mille giuramenti della pace, et così ritornonno e'legati et feceno fare mille giuramenti per ogni Città, et similmente la tregua che havevano fatto di mantener ferma giurorno.